

www.e-rara.ch

**Christophori Augusti Heumanni De libris anonymis ac pseudonymis
schediasma**

Heumann, Christoph August

lenae, 1711

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRf 124

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26440>

Schediasmatis de anonymis et pseudonymis pars posterior sistens spicilegium ad Vincentii
Placcii theatrum anonymorum & pseudonymorum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



SCHEDIASMATIS
 DE
 ANONYMIS ET PSEVDONYMIS
 PARS POSTERIOR
 SISTENS
 SPICILEGIUM
 AD
 VINCENTII PLACCII

Theatrum anonymorum & Pseudonymorum.

CAPVT I
 IN QVO

*Quaedam Placciani operis
 emendantur.*



VM Placcianum opus in duas
 sit partes distributum, qua-
 rum priore de Anonymis agri-
 tur, posteriore de Pseudony-
 mis, idcirco signis indicabo,
 quo meae annotationes per-
 tineant. P. igitur significato *Pseudonymos*,
 A. *Anonymos*. Scire autem lectorem velim,
 hoc me capite non suscepisse tollenda omnia

Placciani operis menda: sed ea solum, quae librum desultorie peruoluenti mihi obuenerunt.

P. n. 7.

II. *Abececlarii* sub nomine latere *Caroloftadium*, cum scripiffet *Bailletus*, permotus est *Placcius*, vt varios librorum indices confuleret, an vnquam *Caroloftadius* hoc sub nomine scriptum aliquod ediderit. Sed irritus fuit hic labor. Nunquam enim *Caroloftadius* librum, isthac inscriptione videtur insigniuisse, sed *Melanchthon* solitus est eum compendiose simul & iocose appellare *malum A, B, C*, respiciens ad litteras initiales nominis, quod est *Andreas Bodenstein Caroloftadius*. Videre hoc licet in *Melanchthonis ad Camerarium* epistolis p. 2 & 6. *Melchior Adami* in vita *Caroloftadii* statim ab initio: *Melanchthon*, inquit, *ab elementis initialibus nominis & cognominis notare eum solitus fuit nomine ALPHABETI*. Vnde non satis credo *Bucholcero*, qui in *Indice Chronologico* ad A. 1522 haec scripsit: *Ab hoc anno incipiunt epistolae Melanchthonis ad Camerarium, in quarum priore Caroloftadius notatur voce Alphabeti, eo quod vir ille quandoque in scriptis publicis exprimeret initialibus alphabeti litteris nomen suum, A, B, C, D. Andreas Bodenstein, Carlftadius, Doctor.*

A. n. 1914.

III. *Placcius* hoc loco meminit editionis libri

libri *Froschmäusler* inscripti, Magdeb. 1594, 4.
 Hanc relationem falsam esse iudico, cum in
 manibus habeam librum illum Magdeburgi
 1600 in 8 editum, in cuius titulo exstat:
Zuwor in Druck nie ausgangen. Videtur *Plac-*
cii error ortus ex dedicatione libri metrica, cui
 subscriptus est annus 1595, d. 21 Martii. Ni-
 mirum, vt auctor in praefatione p. 4 scribit,
 aliquot annis ante, quam his liber typis man-
 daretur, communicatus fuit cum multis am-
 plissimis viris & aliis amicis. Anno igitur 1595
 illud poëma MStum oblatum fuisse *Ranzouio*,
 ad quem Dedicatio pertinet, inde colligitur.
 De auctore *Rollenhagio* illud addo, quod ipse
 suum nomen poëmati illi inseruerit, & quidem
 in *plagula LI*, pagina extrema, vbi haec
 legas:

*So that nicht Marquard Rollenhagen,
 Als er Margrafen Ludovig vvolt tragen.*

Quod nomen *Marquard Rollenhagen* in meo
 exemplari sublitum est a possessore primo, &
 manu satis vetusta adscriptum: *des Authoris
 Vetter.* Ceterum de *Rollenhagio*, qui fuit Re-
 ctor Scholae Magdeburgensis, lepidam histo-
 riam lege sis apud (*a* Tenzelium.

A. n. 1926, c.

IV. Occasione praecedentis libri ob ar-
 gumenti affinitatem progredior ad librum, qui
 sub titulo *Reincke Fuchs* exstat. Vbi notaru

F 5

dignis-

stentbums Meckelburg Secretarien, hat Elisabetha
seine Haußfraue aus hertzlicher Ehrlicher Liebe
und Treuwe, diß Gedechnus gesetzt im Monat
Aprill, im Iabr 1526.

Ich Niclus Baumann halt mein Raß

Hie unter dieses Steines Last.

Als man mich hat zu Grabe bracht,

In frembden Land mit schlechter Pracht.

Und mag von Gut und Böß nichts sagen,

So mir zustand bey meinen Tagen,

Ohn daß ich zu der Zeit im Land

Hat die zierlichste Schreiber - Hand.

Du Wandersmann, ließ deine Zeit

In Freuden, vvas dein Hertz erfreut.

Ich vveiß, das der im Tod nicht ist,

Der gerecht vvar durch Iesum Christ.

A. n. 737.

V. Hottingeri librum de scriptoribus sup-
positiis sibi prorsus incognitum esse, hoc lo-
co scribit Placcius. Ac sane nec Hottingerus
eiusmodi librum vulgavit, sed tantum *Catalogum*
scriptorum ecclesiasticorum suppositiorum, qui
exstat in ipsius *Pentade dissertationum miscella-*
nearum num. II a pag. 37 vsque ad pag. 92, ex
Riueto, Coco, aliisque in studiosorum gratiam
collectus. Et istum catalogum haud dubie
innuit *Normannus a Placcio* hic citatus.

P. n. 371.

VI. In *Placcio* hic legendum est: *Didacus Bemardinus*. Est namque nomen *διδάκκου βερναρδίνου*, sub quo latet *Bidermannus*, cuius praenomen *Iacobus* permutatum est Hispanico *Didaci*, quod *Iacobum* significat. Qua occasione mihi in mentem venit leuis erroris, quem *Morhofius Polyhist. litt. lib. I cap. 4 p. 33* commisit. Dubitat enim, an forte *Schoockius*, cuius verba adduxerat, in nomine *Mendozæ*, *Caroli V* Imp. ad Venetos legati, errauerit, cum eum *Didacum* vocet, quem tamen alii *Iacobum Hurtadum de Mendoza* appellauerint. Sed sciendum, *Didacum* & *Iacobum* Hispanis esse synonyma; quod & *Tenzelius* (a) obseruauit. Meminit autem huius *Didaci Mendozae*, tum adolescentis summo inter Hispanos genere & loco, & summa nobilitate, *Sadoletus* libro VII *epistolarum*, (b) eiusque animum ad litteras propensissimum mirifica laude ornat. Exstat etiam eiusdem *Sadoleti* ad hunc ipsum *Mendozam*, iam *Caroli V* Caesaris apud Venetos legatum, epistola libro XV. (c) Ad alium eiusdem gentis virum, *Ioannem Hurtadum Mendozam*, Hispanum, scripta est vltima libri XIV epistola (d) *Sadoleti*, vbi hic illius poëma aliquod & insignem eruditionem magnis laudibus

(a) *Colloq. menstr. A. 1689. p. 15.* (b) *p. 257, sq.*
 (c) *p. 608, sq.* (d) *p. 566.*

bus effert. Sed vt ad *Didacum* siue *Iacobum* illum *Mendozam* reuertar, meminit *Io. Andreas Bosius* in *Exercitatione in periocham Iosephi de Christo*, (a ex *Ludouici Iacobi* libro de bibliothecis, *Iacobi* illius *Hurtadi Mendozae*, bibliothecam, egregijs *MStis Graecis* partim ex Oriente conquisitis, partim e bibliotheca Cardinalis *Bessarionis* descriptis, Latinis item & Arabicis, instructam, *Scorialensi* illatam fuisse bibliothecae: quae tamen (ita pergit *Bosius*,) vereor, ne nupero pulcherrimi illius aedificii incendio perierit. Hanc eandem rem memoriae prodidit *Alexander Baruoetius*, Iesuita, in *Catalogo auctorum ineditorum*, qui in bibliotheca *Scorialensi* asseruantur, inter hosce libros recensens (b *ACHMET*, medici, filii *Abrahami*, peregrinantium viatica libris septem. Subiungit enim haec: Ex bibliotheca *Didaci* siue *Iacobi de Hurtado de Mendoza*; e qua potissima pars graecorum *MSSstorum* codicum huius bibliothecae constat. Reliqua, quae sequuntur lectu digna, praetermitto, cum liber sit in multorum manibus.

P. n. 627.

VII. *Chresuldes* vitiose in *Placcio* scriptum est. Scribendum enim erat *Chresfulder*, sub quo purissimo anagrammate latere voluit auctor *Drechslerus*, qui Collega fuit in *Gymnasio Halensi*,

(a Cap. I §. 4. (b in *Collectione Maderiana de Bibliothecis*, edit. nouiss. p. 128.

lenſi, & vero ſuo nomine praefcripto edidit
(in 12.) libellum precatorium titulo *Ancorae
ſacrae Studioſorum.*

P. n. 824 & 825.

VIII. *Rudimenta linguae Perſicae auctore Lud. de Dieu* prodierunt Lugduni Bat. 1639 in 4. Eius *Historia Xaverii de Chriſto & Petro* e Perſica lingua translata prodiit ibidem 1634. Scio, *Elichmanno* Sileſio a multis hos libros tribui. (a Sed legens praefationem *Ludouici de Dieu* ad dicta linguae Perſicae *Rudimenta*, & virorum doctiſſimorum de eius eruditione Orientali iudicia, (b vix a me impetrare poſſum, vt credam, ſed vereor, ne doctiſſimo illi viro fiat iniuria.

P. n. 1813, a.

IX. Errat *Caucus à Placcio* adductus. Nam *A. Franciſci de Monte S.* ſub nomine latere *Abrabamum de Franckenberg*, equitem Sileſium, non ignotum *Boehmii* aſſeclam, & ex ipſo nomine adſcitiſſimo facile perſpicitur, & recte id tradit (c *Ittigius*, & *Poixerus*, ac hic quidem in epiſtola de praecipuis ſcriptoribus *Mysticis*, annexa *Arnoldi* *Historiae Theologiae Myſticae.* (d Huius *Franckenbergii* epitaphium exiſtat in *Ottii* *Annalibus Anabaptiſticis*, & hinc in *Tenzelii* *Bibliotheca curioſa* (e. A. n.

(a Vid. & *Tenzelius* *Colloq. menſtr.* A. 1691 p. 756, ſq. (b vid. *Blount. Cenſura celeb. auct.* B. 973, ſqq. (c *Differt. de Poſtello* S. XIV. (d p. 597. (e A. 1704. p. 726.

A. n. 891, a.

X. *Epistolae de Tolerantia ad Clarissimum Virum T. A. R. P. T. O. L. A.* scriptae a P. A. P. O. I. L. A., & editae A. 1689, verum auctorem non indicavit Placcius, sed falsos nominavit. Produxit autem verum Io. Clericus in *Bibliotheca (a selecta*, additque, sub allatis litteris initiabus haec verba latere: (1) *Theologiae apud Remonstrantes Professor, Tyrannidis Osor, Limburgius Amstelodamensis*; (2) *Pacis Amicus, Persecutionis Osor, Ioannes Lockius Anglus*. Ibidem (b indicat Clericus, Lockium etiam alteram & tertiam epistolam *de Tolerantia αὐτομάτως* edidisse.

A. n. 230 & n. 1413.

XI. Placcius hoc loco improuide secutus iudicium Pelleri, *Compendii Politici* auctorem manifestae impietatis & aperti atheismi accusare non veretur. Sed vterque, & fere alii quoque, graui iniuria libri illius auctorem afficiunt. Id vt manifestum fiat, iuuat, apponere libri titulum: *Homo Politicus, hoc est, Consiliarius nouus, Officiarius & Aulicus, secundum hodiernam praxin. Auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1665 in 4. plag. 7. Conf. Placcius in Pseudon. n. 1977.* Vel ex inscriptione hac luculenter apparet, auctorem pestilentissimas Pseudo-politicorum artes ex latebris in

(a T. VI p. 374. (b p. 379 & 383.

apricum protrahere voluisse, minime verò animi sui sensa in vulgus edere. In titulo enim pollicetur, se descripturum esse Politicum *secundum hodiernam praxin*, certe quidem corruptissimam. Nec satis mirari possum *alexandrian* Pelleri, cum larua ferium suscipientis certamen & quod Graeci dicunt, *ἀγοβαρῶνος*: cum vel ex perfunctoria libelli illius lectione nimis manifesto appareat, auctorem simulate agere, ac satyram scribere, non praecepta politica. Cum enim inprimis Iesuitarum artes & praecepta aperte commendet, Alexandrique VI papae improbissimum exemplum proponat imitandum, ipse Protestantium addictus partibus: quis non videat, eum docere voluisse, non quid fieri debeat, sed quid soleat quotidie fieri per maximae virtutis simulationem. Immo si auctor talis reuera fuisset, qualem hoc libro describit politicum, sane non euulgasset arcana sua, cum ipso in libro sub persona pseudo-politici summopere inculcet fraudium occultationem & Pythagoricum quoddam silentium. Sed quid opus est verbis? Si quis enim perlecto illo libello non plane mecum sentiat, eum naso & cerebro carere necesse est. Illud obiter addo, idem accidisse *Machiauello Principem* suum describenti, ut scilicet ab imperitis summae impietatis dica ei scriberetur, cum tamen eo tantum consilio id libri conscripserit, ut maiorum suae aetatis principum, maxime *Caesaris*

saris Borgiae, malas artes euulgaret: id quod non fugit viros acutissimos, *Baconem Verulamium*, (*a Albericum Gentilem*, (*b Iacobum Gaddium*, (*c Gabr. Naudaeum*, (*d Herm. Conringium*, (*e Morhofium*, (*f Christ. Thomassium*, (*g Perizonium*, (*h Struuium*, (*i* & quem principe loco nominare debebam, *Matthiam Flaccium*, (*k* qui inter Veritatis Testes eum refert.

CAPVT II.

IM QVO

Quaedam Placciani operis illustrantur & confirmantur.

P. n. 905.

HVTTENVM esse auctorem libri pro *Caipnione* editi sub nomine *Eleutherii*, docet etiam aequalis ei & amicus *Eobanus Hessus* libro I *epistolarum*, (*l* in litteris ad *Io. Langium* datis, quas ita exorditur: *Iam non dubitabis*

G

ampli-

(*a* lib. VII de *augm. scient. cap. 2 p. 366.* (*b* lib. III de *Legat. cap. 9.* (*c* in *Opere de scriptoribus non ecclesiasticis.* (*d* in *Bibliogr. polit. p. 88 & 112.* (*e* in *praefat. ad Machiaueli Principem.* (*f* *Polybist. litt. lib. I cap. 19 p. 224.* (*g* in *Specim. Iprud. iudic. cap. VII §. II p. 77.* (*h* *Hist. saec. XVI p. 7.* (*i* *Biblioth. philos. cap. VII §. 9 p. 146.* (*k* *Catal. Test. Verit. n. 401 p. 828.* (*l* P. 19, 20.

amplius, Huttenum triumphare pro Capnione. A fronte istam phrasin non statim agnouit: statim, ac introgressus penitus. Huttenus noster factus est Eleutherius, quia vere liber. Puto multas illi, quas facile possumus suspicari, fuisse causas, propter quas personam sumserit, ac luce palam nolit conspici. Nec dubita; vere Hnttenus est. Iuro tibi per omnia maxima: Hutteni est hoc. Sed male pereant mali typographi, qui multa in praeclearo libello praeue scripserunt. Addendum hoc loco est, illas epistolas, quas hic commemoro, esse rariores. Nam nec *Morbosio* notae fuerunt, qui in *Polyhistore litterario* (a eas tantum *Eobani Hesi* epistolas commemorat, quas ad *Ioach. Camerarium* scripsit, editas Norimbergae 1553, in 8. Illud autem volumen epistolarum *Eobani Hesi*, ex quo modo adduxi epistolam ipsius ad *Langium*, prodiit Marpurgi 1543, in folio, cura *Ioannis Draconitae*, qui praemisit Dedicacionem. Constat autem istud volumen libris XII, paginis 300. Praeterea in eo exstant etiam complures aliorum ad *Hessum* epistolae, quorum nomina indicantur in praemisso catalogo. Ex his igitur epistolis alteram quoque obseruationem decerpam ad illustrandum *Placcium*, quae iam sequitur.

P. n.

(a lib. I cap. 19 p. 225, G, cap. 24 p. 293; edit. primae.

II. Memoratur hic Dialogus ab *Hutteno*, adscito alieno nomine, editus: sed quis sit ille, aut de quo argumento, se nescire fatetur *Placcius*. Verosimile est, esse illum Dialogum, de quo ipse *Vlricus Huttenus* in epistola ad *Eobanum Hessum* libro XII voluminis laudati (a sic scribit: *Cuditur mihi nunc Dialogus, cui titulus: Trias Romana; quo nihil vehementius, nihil liberius adhuc editum est in Romanos aurisugas.* Praeterea notum est vel ex ipso *Placcio*, quam saepe personam *Protei* instar mutauerit *Huttenus*, & alia scripta aliis insignita nominibus ediderit. De eodem vero Dialogo etiam in alia epistola, ibidem (b) exstanti, loqui videtur *Huttenus*, haec scribens: *Qui has perfert, habet a me libelli quid in tyrannos, quod curet typis imprimendum. Ibi quaeso tuam mihi atque illi accommoda operam. Potest silentio transigi negotium & occulto. Neque vsquam rectius, quam in vestra vrbe, vbi nemo actum suspicabitur, praesertim sic longe cum absim ego. Oro te etiam atque etiam, ne quid cesses, in re valde nobis necessaria. Extet & in luce sit nouae & auditae (legendum videtur inauditae) improbitatis protestatio. Videant & cognoscant futura post nos saecula, quales fuerint, qui honestati, legibus, iuri, fidei ac religioni, scelere &*

G 2

auda-

audacia se opposuerint. Sed iam satis credo persuasum tibi, ut amico gratificeris. Hactenus *Huttavius*. Fortasse ad eundem hunc libellum respicit *Flacius*, (a inter eos, qui atrocis *Papae* facinora ex historia produxerint, *Huttavius* nominatim recensens.

A. n. 830.

III. Verus huius *Exercitationis* auctor est *Ludovicus Meyerus*, medicus Amstelodamensis, cui eam tribui etiam testatur *Benthemius* in *Hollandischen Schul in Kirchen-Staat* (b Confirmor in hac opinione, quod *Croningae* in locupletissima bibliotheca *Edingiana* (quam idem *Benthemius* libro citato (c laudat,) conspexi ipsemet hanc *Exercitationem*, hoc titulo inscriptam: *Francisci Henriquez de Villacorta, Doctoris Medici, a cubiculo regali Philippi IV, & Caroli II. Archiatri, Opera chirurgica omnia, sub auspiciis potentissimi Hispaniarum regis Caroli II. Amstelod. per Iacobum Pauli, 1673, in 4.* Sub hoc titulo latebat liber, cum hac inscriptione: *Philosophia Scripturae interpres. Obseruavi auctorem suam opinionem stabilitum ire (1) argumentis, (2) exemplis Patrum, (3) continuis praxi theologorum quarumuis sectarum. Simul copiose & $\Phi\iota\lambda\omicron\sigma\sigma\omicron\Phi\iota\kappa\omega\varsigma$ egit auctor ille de interpretatione. Puto autem,*
Meyerum

(a *Catal. Test. Ver. p. 277.* (b *P. II Cap. II §. 4 p. 59, & Cap. IV §. 78 p. 352.* (c *P. I Cap. III §. 2 p. 41, & P. II Cap. IV §. 44 p. 284.*

Meyerum propterea adsciuisse nomen *Villacortae*, quod vernaculo suo nomini maxime responderet. *Meyer* enim Germanicum nomen est: quod Latine *Villicum* dixeris a *Villa*. Videantur *Ioach. Meieri Antiquitates Meierianae*, siue *de Meieris* Dissertatio. Illud tamen nolo silentio præterire eundem plane titulum ibidem me vidisse præfixum *Tractatui theologicopolitico*, qui *Spinozae* ab omnibus adscribitur. Vnde in eam opinionem venio, exstare fortasse reuera *Villacortae* cuiusdam *Opera chirurgica* quorum titulum bibliothecae possessor ideo *Meyeri* libro præfixerit, quod eum nomine eius proxime conueniret. Sed hac in re nihil iam definire possum. Ceterum de *Meyero* illo adi etiam *Placcium de Anonymis num.* 132. Illud addo, Dissertationem hanc *de Philosophia Scripturae Interprete* a quibusdam tributam fuisse *Lamberto Velthusio*. Sed falsissimum id esse, ipse *Velthusius* asseuerat in præfat. sui aduersus illam dissertationem A. 1668 in 12 Traiecti ad Rhenum editi libelli *de Vsu Rationis in Theologia*.

A n. 1241.

IV. *Vita Hobbesii* hic allegata duabus constat partibus, quarum prima octo foliis breuiter *Hobbesii* vitam enarrat, altera a pag. 17 vsque ad pag. 114 inscribitur *Vitae Hobbianae Auctarium*. Prioris auctor ignoratur, quam *Bathursius* in Praeloquio ad Lectorem nimis obscure indicat hisce verbis: *Cum itaque pa-*

varia opera I. A. viri optimi, in manus meas incidisset libellus de vita & moribus Hobbii, a docto quodam, summo eius amico, conscriptus oratione sane graui, prudenti ac modesta, mei officii esse duxi, publici ipsum iuris facere. Quis vero sub litteris I. A. latitet, discere licet ex libri ipsius pagina 91, vbi in Catalogo amicorum Hobbessi postremus affertur, Ioannes Albericus, his verbis: Ioh. Albericus, vulgo Aubry, e Soc. Reg. Armig. Amicus eius in primis, ex vicinia Malmaburiensi oriundus, & sub communi praeceptore institutus, Vir publico bono magis quam suo natus; qui princeps mihi scribendi ansam praebuit, & materiam humaniter suppeditauit. Ex quibus verbis coniectura non inepta capi potest, hunc Albericum esse ipsum Vitae Hobbianae Scriptorem. Sed Auctarii auctor sub finem Praeloquii ad lectorem indicium sui facit litteris nominis initialibus, R. B. Quem esse Rad. Bathurstium, facile colligas ex praecedenti carmine Latino, quod cum in honorem Hobbessi ederat, erat artium magister & collegii Trin. Oxon. Socius, vt se ipse ibi appellat. Eo vero tempore, quo cunc libellum edidit, fuit S. Theol. Doctor, & Decanus Bathoniensis, vt apparet ex p. 90, vbi typographi errore omissa littera vna legitur Bathust. Bathurstium enim esse verum nomen, patat ex Blountii Censura Auctorum. (a

A. n.

A. n. 633, β.

V. Quod attinet ad librum *de salute Aristotelis*, non dubito, quin illius noticia debeatur *Cornelio Agrippae*, qui in libro *de vanitate scientiarum & artium cap. LIV p. 211* scribit, *Aristotelem* a Colonienfibus theologis annumeratum esse diuis & sanctis, eosdemque librum edidiffe *de salute Aristotelis*: immo & alium metro & versu *de vita & morte Aristotelis*, quam Theologiam, in super glossa illustrarint. In *caius calce* (ita pergit *Agrippa*, cuius & praecedentia verba sunt propria,) *concludunt, Aristotelem sic fuisse Christi praecursorem in naturalibus, quemadmodum Ioannes baptista in gro- tuitis. Casp. Zieglerus* in notis suis ad *Grotii Ius B. & P. prolegom. §. 42 p. 21* ad hanc eandem relationem *Balaeo* tribuit: sed cum eadem sint verba, quae ex *Corn. Agrippa*, produxi, haud dubie vel *Zieglerus* commisit *αιμαδελφια μνημονιον*, vel *Balaeus* ex *Agrippa* descripsit, Ceterum hac in re *Agrippae* fidem esse habendam censeo, cum videam, *Io. Genesium Sepuluedam*, Hispanum, cuius opera *Colon. Agripp. 1602* in 4 edita sunt, epistola sua nonagesima prima multis verbis id agere, vt probet, *Aristotelem*, quia legi naturae conuenienter vixerit, aeternam consecutum esse felicitatem. Praeter hunc *Fortunii Liceti*, Itali, liber exstat *de pietate Aristotelis aduersus*

DEVM & homines, qui, *Morbosio* (a referente, totus in laudem *Aristotelis* scriptus est, adeo vt vel aeternam ipsi salutem polliceatur. Esse autem illum *Liceti* librum Vtini 1645 in 4 editum, docet *Ionsius* in doctissimo opere de scriptoribus historiae philosophicae. (b Praeterea etiam *D. Mich. Waltherus* in dissertatione de praetensa ethnicorum salute meminit anonymi cuiusdam, qui libello singulari octo argumenta congefferit pro aeterna salute *Aristotelis*, eaque ibi refellit. Ceterum quod *Corn. Agrippa* supra memorabat, *Aristotelem* diuis fuisse annumeratum & sanctis, id confirmat *Ioach. Felxerus*, Prof. Lips. in praefat. ad librum sub tit. *der andächtige Student* editum, vbi testatur, suis se oculis Lipsiae olim in collegio philosophico vidisse imaginem *Aristotelis* aliorum sanctorum imaginibus insertam, & aequae, vt istas, nimbo cinctam.

P. n. 2449, a.

VI. Quando hic dicitur *Schallerus* vel potius *Marcus Mappus* auctor esse dissertationis de *Ethica Pythagorica*, lector facile induci potest, vt credat, *Schallerum* alienum scriptum, suo edidisse nomine, eaque re imponere eruditus conatum esse. Igitur obseruandum, illam disputationem Argentorati habitam esse more Academico, praeside *Schallero*, Respondente *Mappo*.

(a *Polybist. litt. lib. I cap. 24 p. 291.* (b *lib. III 20 p. 314.*

Mappo. Solent autem disputationum auctores plerumque haberi praesides, etsi aliquando contingat, ut ipsi Respondentes eas elaborarint. Hac enim de re cum difficilis sit praesumptio, merito scriptum Praesidi tribuitur, donec probetur contrarium. Hac occasione errorem annoto *Tho. Hydii* in prolegomnis librorum *de ludis orientalibus* A. 1694 editorum, in quibus allegat, *Polmanni caput II de paradoxis visus*, quod neglecta emendatione repetit *Tenzelius Biblioth. curios. A. 1704 p. 551.* *Hydius* enim prae manu habuit dissertationem *de Paradoxis sensuum*, quam Praeside *Dan. Ge. Morhofio* Kilonii A. 1685 d. 7 Martii tuendam suscepit *Andreas Plomann*, Regiomontanus. *Huius* igitur dissertationis *Morhofianae*, quam propugnauit solenniter *Plomannus*, (non *Polmannus*, ut scribit *Hydius*,) caput secundum, quod *de Paradoxis visus* agit, ab *Hydio* innuitur.

A. n. 559.

VII. *Chronicon Carionis* etiam ad *Melanchthonem* auctorem, refert *Io. Bodinus Method. histor. cap. II* non longe ab initio. Notatu maxime digna sunt duo loca ex *Manlii Apophthegmatibus Melanchthonianis*. Primus locus exstat sub titulo *de Studiis*, (a vbi commendatur *Chronicon Philippi*, quod *Carionis nomine est vulgatum*: haec enim sunt ibi verba. Alter habetur p. 559, vbi *Melanchthon* ipsemet

G 5

memi-

meminit *Compendii historici a Capnione & Agricola* coniunctim scripti, propemodum eodem ordine, (inquit ibi *Melanchthon*;) quo NOS contexamus *Carionis chronicon*. (L. vir, Io. Christ. Neu in *Accessionibus* suis ad *Wbeari Relect* biem. sect. VI p. 42, sqq. copiose agit de hoc chronico: quibus quædam addemus ex rariore libro, quem & Dn. Neu allegat, & sub hoc titulo ipsemet possideo: D. *Victorini Strigelii Scholæ historicæ*, quibus in *Acad. Heidelb. Chronicon viri incomparabilis D. Phil. Melanchthonis illustravit*: *proposita continua serie historiarum a condito mundo vsque ad Christum natum*. Nunc primum in lucem editæ opera & Studio *Christoph. Pezelii D. Neapoli Nemetum*, siue, vt in extrema pagina legitur, *Neostadii Palatinorum*, typis *Matthiæ Harnisch*, 1586, in 8uo. Hic non solum in titulo, sed in præfatione *Pezelius* simpliciter *Philippo* illud chronicon tribuit, nulla plane mentione operæ *Carionis* iniecta. Et ipse *Strigelius* in sua præfatione p. 1 pariter, foli *Philippo* illud chronicon adseribit, ac p. 4 diserte scribit: *Auctor chronici libelli huius est Phil. Melanchthon*. Atque pag. 5 & 6 hæc leguntur: *Occasio, quæ Philippum permouit, vt Chronicon pertexeret, hæc fuit. Videbat nullam epitomen in hoc genere exstare. --- Hæc igitur & multa alia considerans instaurator artium & linguarum Philippus, cogitationem suscepit de chronico libello. --- Ideo autem iam senex libentius manum admouit huic operæ, quia*

TITULO CICERONIS *exstabat Chronicon*, quod Philippus iuuenis admodum illi suo amico praescripserat, quodque auide ab omnibus iam pridem arripi sciebat. Eadem pag. 6, vbi plane nulla fit Carionis tanquam auctoris mentio, pergit: *Dixi breuiter de AVCTORE & occasione huius scripti*. Ex his testimoniis fide dignissimis discipulorum & familiarium Melanchthonis luculenter apparet, Carionem ad illud Chronicon plane nihil contulisse, & falli Dn. Neu, qui contrarium *loc. cit.* docere studet, sed affectu erga Carionem ciuem suum impulsus, quippe quem p. 42 vocat Carionem nostratam, scilicet *Bietikheimensem Würtembergicum*. Verosimillima est relatio Eusebii Bohemi in *Epitome hist. eccl. p. 76* ita scribentis: *Ioannes Carion, mathematicus insignis, circa annum Christi 1532 chronicon quoddam coepit contexere, & illud, antequam praelo subiiceretur, censurae Dn. Philippo Melanchthonis subiecit. Hic, cum approbandum non esset, & in pluribus erratum, vna litura totum deleuit. Conscripsit ergo priuatis laboribus Dn. Philippus aliud, eique nomen Carionis praefigere voluit, vt huius viri sua quoque constet industria. Quae desumpta esse apparet ex Casp. Peuceri epistola dedicatoria, illi Chronico praefixa. Adi omnino *Sagittarii Introduct. ad hist. eccl. cap. XI §. 6 p. 96, sqq.* Vnde & recte *Io. Andr. Bosius* in *Notitia scriptorum historiae vniuersalis §. 27 p. 199*: *Carionis chronicon*, inquit, *sue potius Philippi Melanchthonis*. Ceterum,*

Ioan.

Ioannes ille *Cario* fuit principis Electoris Brandenburgensis mathematicus. Sic enim vocatur in inscriptione elegiae VI libri primi poematum *Georgii Sabini*, quae elegia *Carioni* est dicata. Idem *Sabinus lib. III eleg. 6* ita de eo canit :

*Dulce nec hinc aberit Charitum decus atque
leporum,*

Grande saginati CARIO ventris onus.

*Qui vaga scrutatus reuoluti sidera coeli,
Coniugii dicet fata futura mei.*

Rursus *lib. IV eleg. 10* exhibet epitaphium eius, cuius hoc est exordium :

*Haec tibi post obitum Statui monumenta Sa-
binus,*

Nominis ut viuat, CARIO, fama tui.

*HISTORIAE quamuis exstant, operumque
tuorum*

*Multa, vetustatem quae monumenta
ferent.*

Vbi animaduerti meretur, a *Sabino*, *Melanchthonis* historias *Carioni* tribui ambigue, ut non colligi inde certo possit, utrum *Cario* sit auctor historici scripti, an tantummodo historicum scriptum aliquod eius memoriam sit conseruatum.

A. n. 1299.

VIII. Hunc librum in bibliotheca Dominicanarum Vesaliensium vidi hoc titulo : *Margarita philosophica, totius philosophiae rationalis, naturalis & moralis principia*

incipia dialogice XII libris complectens. Totum opus concludebatur his verbis: *Chalcographatum primiciali hac pressura Friburgi 1503.* Editio erat in quarto, ut vulgo loquuntur. Unde patet, quo anno primum liber hic lucem adspexerit, nempe A. 1503. Ceterum Latinitas illius operis tolerabilis est, & minus barbara, quam aliorum scholasticorum, qui Aristotelem cœco amore prosequuntur & quicumque more sequuntur. Nam & in isthoc libro principia sunt Peripatetica. In titulo exempli illius, quod vidi, calamo adscripta erant haec verba: *Auctor huius libri fuit Georgius Reusebius, Prior Carthusiensis Friburgi Brisgoiae.*

P. n. 809. contigit: facit: igitur: oritur: IX. *Francisci Dermasi epistola Lipsiae 1687 edita, in qua contra Jac. Gronovium de voce ἀμύγδαλο Matth. 27, 5 disputatur. Esse eum Ioach. Fellerum, poëtos in Acad. Lips. professorem, testantur ipsimet collegae eius, collectores Actorum Erud. A. 1703 p. 14. Addatur Clarmundus in Vitis clarorum virorum P. II p. 204 & 207. Id quo minus dubitari possit, sciendum, ipsum sibi nomen sumpsisse a Graeca voce δέρμα, pellis, ut responderet vernaculo Fell, unde Feller.*

A. n. 1914, β. esse moribus X. In bibliotheca publica Senatus Francofurtensis ad Moenum paucis abhinc annis conspexi librum sub tit. *Theurdanck* editum Francofurti 1517 in fol. inscriptio haec erat: *Teuer-*

Teuerdancks, des löblichen, freitbaren und hochberühmten Helden und Ritters, Gefährlichkeiten und Geschichte. Exstant in illa bibliotheca vnus eiusdemque editionis exempla duo, quorum alterum chartae pergamenae, alterum vulgari chartae impressum est. Vtraque huc ex bibliotheca *Iungiana* translata sunt. Inscriptum, habitam fuisse de hoc libro *Theuerdanck* disputationem in Academia Gissenfi A. 1696, praeside M. *Adriano Preußmann*, qui probandum susceperit, auctorem libri non esse *Maximilianum* Imp. sed *Melch. Pfinzingium*. Equidem hanc mihi dissertationem videre non contigit: fateor tamen, argumenta a *Placcio* allata eius esse ponderis, facile vt *Maximiliano* illud opus vindicent. Addenda sunt verba *Io. Cuspiniani*, viri etiam hac in re fide dignissimi, in vita *Maximiliani* (a sic scribentis: *Licet Maximilianus palam aspernaretur poëticam, ad eam tamen natus opus de diuersis suis periculis edidit poëtica fingens inuidiam & curiositatem velut personas comicas, quas ratione & prudentia vitauerit, superauerit, prostrauerit. Erat proinde & Io. Cunr. Dieterichius, qui in Breuiario suo historico (b & ipse huius libri auctorem esse ait Melchiorem Pfinzingum, Patrium Norimbergensem, S. Sebaldi Praepositum Norimbergae, & Caroli V Capellanum. Ceterum*

rum dum *Placcius* hoc loco meminit, in *Seb. Franckii Chronico* reperiri *Clauem huius libri*, obscure nimis loquitur. Mihi *Chronicon* illud Belgica lingua scriptum & A. 1558 in fol. editum prae manu est, vbi *Parte II fol. 63* exhibetur. *Een Uytzoch uyt den Thuerdanck, van de Doorluchtige Cronücvveerdige Daden en de Crygen des Keyfers Maximiliani, na de Ordenunge geset*, id est, *Excerptum ex libro Theuerdanck, de illustribus & memoria dignis factis & bellis Maximiliani Imperatoris, ordine recensitis*. In Excerpto illo enarrantur breuiter XVIII victoriae a *Maxirailiano* partae: nemo tamen libri illius, *Theuerdanck* dicti, auctor ibi indicatur.

P. n. 1910 & 2746.

XI. *Iani Nicii Erythraei epistolae ad diuersos: Coloniae Vbiorum apud Iodocum Kalcouium 1645 in 8. Eiusdem epistolarum ad Tyrhenum Tomus posterior: ibidem 1649 in 8.* Ita quidem habent tituli. Sed locum impressio- nis falsum indicari, tradit *Morbosius*, (a ad- dens, Amsterodami epistolas Erythraei excu- fas esse. Fortasse *Morbosius* tantum ex char- tae typorumque nitore & elegantia sic indica- uit, quae satis sane probant, Coloniae librae illos nequaquam fuisse typis exscriptos. Sed certiora didici ex *Tenzelii Colloquiis menstruis*, (b
vbi

(a *Polyhist. litt. lib. I cap. 24 p. 292.* (b *A. 1698 p. 193*) & 280.

vbi ex *Papebrochio* probat, libros sub nomine *Iodoci Kalcouii* bibliopolae editos referri debere ad *Ioannem Blaeu*, typographum Amstelodamensem, qui ideo adsciuerit *Kalcouii* nomen & *Coloniae Vbiorum* inscriptionem, vt a pontificiis etiam emerentur libri ab ipso impressi. Sic etiam exstant *Matthiae Casimiri Sarbientii, Soc. Iesu, Poëmata, Coloniae Vbiorum, apud Iodocum Kalcouium, 1648*: ita enim titulus habet. Sed litterarum venustas facile Batauam prodit originem. Et qui vel *Corn. Taciti Opera Amstelod. 1649 in 12mo apud Ioannem Blaeu* edita, cum *Erythraei* epistolis contendere voluerit, non poterit dubium ei esse, quin ex eadem officina vtrique libri prodierint. Ceterum *Tyrrheni* nomen fictum esse, sub eoque occultatum *Fabium Chisium*, tunc temporis ad tractum Rheni cum potestate Legati Romanae sedis Apocrihariū, postea Cardinalem, nec multo post *Alexandri VII* nomine in sedem papalem euectum, (a etiam testatur *Boineburgius* in epistola A. 1650 scripta, quae exstat in *Cl. Struuii Actis litterariis*, (b vbi & de ipso *Erythraeo* multa habentur lectu digna. Ibidem (c dicitur, sub *Tyrrhoni* nomine latere Nuntium Pontificium, qui Monasterii negotiationibus pacificationis communis iuxta cum reliquis sui ordinis adfuerit. Huic *Fabio Chisio,*

(a Vid. Nou. lit. Hamb. 1708 p. 402. (b T. III p. 9, sqq. (c p. 8,

sio, apud Vbios sedis apostolicae Nuntio, idem Erythraeus Pinacothecam suam primam diserte nec dissimulato eius nomine dedicauit. Adiungam aliud lectu dignum ex eiusdem Boineburgii epistola quadam inedita, A. 1649 exarata, vbi sic scribit: Optime sibi consulturus est in eloquentiae studio, si quis comparet, quae operâ Bartholdi Nibussii edi solent de Ioannis Victoris a Rubeis operibus, sub personâ & fictitio nomine Iani Nicii Erythraei. --- --- sub Tyrrheni vocabulo latet Nuntius Apostolicus, Fabius Chisus, Mediator nuper pacis Monasteriensis iuxta cum Veneto, Aloysio Contareno: quarum alterae partes nunc Amstelodami eduntur a Ianfonio, ni fallor, vel à le Bleii. Omnia enim Nicii ibi imprimuntur, praescripto licet nomine Kalcouii, impressoris & bibliopolae Coloniensis, vt eo citius & facilius emantur a Romanensibus: quibus addictus erat Nicius, seu Roscius potius, Romanus utpote ciuis natus. Ex quibus simul patet, nec eos errare, qui eum vero nomine Roscium, nec, qui a Rubeis dictum putant. Roscius enim vocabatur Italice, a Rubeis Latine. Hodieum Romae floret Io. Iacobus de Rubeis, innotis ad Q. Sectani Satyras laudatus, vbi & (a commemoratur Io. Dominicus de Rubeis, celebris hodie Graphiarius, id est, Mapparum geographicarum Romana in vrbe delineator. Etiam Romae A. 1696 vulgatae sunt Ia. Vincentii

Grauide Opuscula typis *Antonii de Rubeis*. Denique hoc addo, ipsum illum *Fabium Chisium* siue *Chigium* sub adscritio *Philomathi* nomine libellum emisisse, de quo vid. *Placcius Pseudon. n. 2130.*

P. n. 1880, a.

XII. Adscribi huc merentur verba *Lucae Holstenii* ex *epist. 19 ad Lambecium*: *Interim Codinum mitto --- Tu vide, ut spartam, quam tibi sumisti, recte ornes, ita tamen ne aliorum ἀσχητων siue ἀνεργων insecteris: quod Gretserum fecisse nollem.* Ad quae verba haec annotauit *Lambecius*: intelliguntur hic *R. P. Iac. Gretseri S. I. Commentarii in Georgii Codini librum de officiis Magnae ecclesiae & Aulae Constantinopolitanae, utpote in quibus in V. Cl. Franciscum Iunium, qui ante ipsum sub ficto Nadabi Agmonii nomine eundem Codini librum primus Graece & Latine cum notis suis in lucem ediderat, innumeris fere locis nimis vehementer ac grauiter inuehitur. Qua de re vide etiam V. Cl. G. I. Vossii, qui iam memorati Iunii fuit gener, modestissimam querelam lib. II de vitiis serm. c. 2 p. 173, 174.* Omnium vero clarissime id docet *Cl. Neu* in *Access. ad Relect. hiem. Wheari* p. 180, referens, *Franciscum Iunium*, nomen suum sub Hebraicis *Nadabi Agmonii* vocabulis occultatum iuisse. Nam *Franciscus* a *Francis* dici videtur. *Franck* vero significat *ingenuum, liberum*, quod Hebraei reddunt per כָּרִיב. Pro *Iunii* autem nomine placuit ipsi (scili-

(scilicet vt eo magis se occultaret,) appellatione *Iunii*, Hebraicè נַדָבָן. Sic igitur pro *Francisco Iunio* habes *Nadabum Agmonium*.

P. n. 2152.

XIII. De *Apiario Romano* ita scribit *Matth. Berneggerus* in *Idolo Lauretano* cap. III p. 21, sq. *Huius libri auctor est Philippus Marxius Sanct-aldegondius*, qui illum primo *Belgice* concepit, ac edidit anno 1571, quo tempore crudelissime in viscera *Belgicae* saeuiebat *Albanus*. Postea *Ioannes Fischardus*, dictus *Menzer*, *Ictus*, festiuissimi vir ingenii, ex *Belgico* idiomate in nostrum *Teutonicum* transtulit: quaeque minori littera sunt expressa, de suo adiecit: vel potius, vt apparet, ex *Henrici Stephani Gallico* libro, qui inscribitur *Traité preparatif à l'apologie pour Herodote*, mutuatus est. Hic liber *historiarum* varietate & *sententiarum* acumine *referatissimus*, *iocis* *facetis*que, in *pontificiorum* de templo *hominum* *theatrales* *nugas* *sparsis*, *mirè* *conditus*, plus ad *subruendum* *papae* *regnum*, quam *serii* aliquot de *religione* *commentarii*, illa *tempestate* *contulisse* *videtur*. Hactenus *Berneggerus*. Sed hic tamen *deprehendo*, *Berneggerum* *alieni* *scrinii* *compilatorem* *esse*, quippe cum *ipsius* *verba* *pleraque* *ex* *Melchiore* *Adami*, cuius *locum* *Placcius* *allegat*, *sint* *exscripta*. Verum non est illud inter *eruditos* *nouum*, vt alter *alterius* *vineta* *caedat*: ac de eodem *Ber-*

neggero testatur *Morhofius*, (a quod *Iac. Laertii* orationem de memoria ad verbum paene transcripserit. Sed nec ipse *Morhofius* illo vacat crimine, cuius *Berneggerum* postulat. Nam, quae in *Polybistore* suo *litterario* (b de ingeniorum varietate tradit, furtim subtraxit. *Edmundo Richerio*, qui eadem multo ante, & iisdem fere verbis docuerat in *Obstetrice animorum*. (c *Richerium* enim eo loco *Morhofius* non nominat, quo ipse scilicet tam praecellarum cogitationum auctor videatur. Alia tamen eum occasione laudat, nempe cap. 2 iuxta finem, p. 333. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Mihi permirum videtur, viros praestantissimos admisso plagii crimine summae suae eruditionis famam scientes volentesque minuere.

P. n. 484.

XIV. *Stephani Iunii Bruti Celtæ Vindicias contra Tyrannos* auctorem habere *Hubertum Languetum*, non dubium est *Placcio*, gravibus *Voëtii* argumentis permoto. Addam huic rei confirmandae locum nondum, quod sciam, a quoquam observatum, qui habetur in *Langueti* epistola 37 ad *Camerarium* filium, (d ubi ita scribit: *Noster liber per urbem obambulat & conuiuatur, interea dum ille alter* (nempe *Bassaeus* ob editum nescio quod scriptum,) in

(a *Polybist. litt. lib. II cap. 6. fin. p. 381.* (b *lib. II cap. I p. 324, sq.* (c *cap. IV §. 7.* (d *p. 198 edit. Carpzou.*

in carcere gemit. Dat veniam coruis, &c.

Quibus ex verbis liquido apparet, *Languetum* de libro quodam paulo ante ab se in vulgus edito loqui, laetarique, se adhuc ab omni periculo esse immunem. Iam cum *Languetus* nullum alium librum, cuius si se profiteretur auctorem, periculis esset expositus, scripserit, & tamen loco iam prolato indicet, se paulo ante annum 1578 periculofum libellum vulgasse, quis iam dubitet, ipsum ad *Vindicias* illas respexisse, de quibus apud multos venit in suspicionem? Accedit, quod nec alia eius rei criteria desint. Nam stylus certe *Iunii Bruti* a *Langueti* stylo non magis differt, quam *Tullianum* dicendi genus a *Ciceroniano*. Scribendi enim rationem *Languetus* sectatur satis puram, facilem, non anxie quaesitam, sed suauiter sine vlla affectatione profluentem, & hinc perspicuam, quae subinde semetipsam explicet per *συνωνυμίας* & *ἐξεργασίας*. Etiam, ex ipsis illis *Vindiciis* (a) abunde patet, auctorem Galliae natales debere. Ceterum ne quis miretur, vnde homini politico tanta rerum facrarum notitia, quanta ex isto libello elucet, cogitandum, *Languetum* in prima statim iuuentute legisse libros de religione, vt ipse ad *Camerarium* patrem (b) alicubi fatetur. Porro existimo, primam illarum *Vindiciarum* editionem

H 3

a We-

(a) p. 200, sqq. edit. Amstelod. 1660. (b) epist. 15 p. 26.

a *Wechelo*, celebri id temporis typographo, paratam esse. Quam enim familiariter eo sit usus *Languetus*, passim prodit in suis ad *Camerarios* epistolis. Sed ut redeam ad illam *Langueti* epistolam, ex qua confirmaui, verum esse eum *Vindictiarum* auctorem, scripta fuit illa d. 8 Maii, A. 1578: ex quo patet, non ita multo ante publici iuris factum esse libellum istum, cuius etiam praefatio concluditur subscriptione *Cal. Ian. 1577*. Quod temporis indicium non multum a vero recedere arbitror, ob modo dicta. *Gisbertus* quidem *Voëtius* in doctissima dissertatione (a de auctore huius libri, ex eo, quod in Catalogis *Francofurten- sibus* ad illum annum nulla fiat huius libri mentio, concludit, annum falsum ab auctore de industria praefationi esse subscriptum. Sed leuissima est haec ratio. Solent enim librorum catalogo inferendorum tituli a bibliopolis sumtus facientibus transmitti. At vero non licebat id facere bibliopolae vel typographo, cuius operâ is liber prodiit, ne intemptiue auctor verus & ipse typographus proderetur. Ratio igitur a *Voëtio* allata minime obstat, quo minus verus & solus illius libri auctor sit *Languetus*, idque ipsum ex citatis ipsiusmet verbis liquido constat. Ac proinde falluntur, qui eius libri auctorem faciunt *Innocentium Gentilettum*, cum *Thoma-*
sio

fo (a & Hottingero, (b vel cum aliis Mor-
naeum, vel Bezam. Rectius sensit Boeclerus, (c
non dubitans, quin is Languetiani foetus in-
genii sit: cui adstipulatur Kulpisius, (d alii-
que. Adi quoque Tho. Crenium dissertatione
prima de furibus librariis, (e & Tenzelium in
Bibliotheca curiosa, (f qui addit, Marium, te-
stem fide dignissimum, eundem librum Languet-
to tribuere in Vita ipsius. Superest, vt pau-
cis dispiciam, quis auctor sit praefationis Vin-
diciarum, qui se vocavit Canonem Superantium
Vasconem. Baelius, a Placcio in Pseudonymis (g
adductus, putat, Mornaeum esse dictae praefa-
tionis auctorem, eamque Vindiciis a morte de-
mum Langueti editis adiunxisse. Quam ean-
dem fuisse Simonis Goulartii sententiam, te-
statur Voëtius loco citato. (h Verum cum an-
tea docuerim, viuo ac spirante adhuc Languet-
to Vindicias illas lucem adspexisse, illa conie-
ctura concidat necesse est. Equidem vix du-
bito, quin idem praefationis auctor sit, qui li-
bri. Nam Languetus, vir πολιτικώτατος, gna-
rus, quanto in discrimine futurus esset, si in-
notesceret, omni ratione verum libri auctorem
dis simulauit. Eademque de causa lectori per-

H 4

sua-

(a Introduc. ad philos. Aul. cap. I §. 82. (b
Pentade dissertt. p. 112. (c Instit. polit. p. 104,
322 & 409. (d Colleg. Grot. Exercit. II §. 7 p. 23.
(e §. XV p. 36, sqq. (f A. 1705 p. 420. (g n. 2769.
(h pag. 7.

suadere studuit, alium esse praefationis, alium libri auctorem, ut eo magis in varias sententias distraherentur coniectorum animi. Ipsum autem *Languetum* praefationem, conscripsisse ut credam, primum dicendi ratio me inducit, quae plane *Languetiana* est, ut eam paulo ante delineavi; deinde illo argumento moueor, quod, si quis alius, *Langueti* amicus, eam praefationem composuisset, is haud dubie amplioribus eum laudibus fuisset ornaturus. Parum enim magnificum est, quod *Brutum*, id est, *Languetum*, appellat *virum eruditum, prudentem nobilemque*: id quod si ipse *Languetus* de se professus esset, nemo fortassis eum posset reprehendere. Nimirum qui de semet ipse scribere instituit, is *verecundius ipse de se scribat necesse est, si quid forte laudandum*, ut recte dixit *Cicero* in epistola illa, valde bella (*a* ad *Lucceium*).

A. n. 1540, a.

XV. *Barbarorum hominum sribliginem eleganter depinxit Vdalricus Huttenus, eques nobilissimus, in epistolis obscurorum virorum: is enim verus earum auctor est; inquit Morhofius. (b* Quibus argumentis ad id credendum permotus sit, non addit. Mihi vero *Morhofii* verba cum *Iac. Thomasi* praefatione ad epistolas *Manutii* p. 6 conferenti videtur *Morhofius* secutus

(*a* lib. V *Famil. epist.* 12. (*b* *Polyhist. litt.* lib. I cap. 23 p. 282.

cutus maxime esse auctoritatem *Thomasi*. Is enim, cuius verba fere retinuit *Morkofius*, loco indicato scribit, *certa fide se exploratum habere*, quod *Huttenus* epistolarum harum auctor sit. Pertinet huc, quod in *Historia certaminis Reuchliniani*, a Cl. *Struuio Actis litterariis* ex MS. inserta (a refertur, *omnes viros doctos per Germaniam, emisissis variis iisque facietis libellis, Reuchlini aduersarios, ut homines barbaros, linguarum & omnis politioris doctrinae hostes, false dirisisse. Inter quos (ita pergitur) facile princeps erat Vlricus Huttenus, eques Francus, vir doctus, ingenio mire felici ac festiuo, omnino etiam excelso & confidentissimo.* Addo, quod de his obscurorum virorum epistolis singulare caput exstet in *Obferuationibus selectis* Halae editis. Nec illud omittendum, quod nuper non nemo de istis epistolis, mirifica sibi finxit somnia, idq; ea de causa, quod male ceperit *Placcium*, ex quo narrationem suam exscribere voluit. Etenim plane nouam illarum epistolarum historiam ingenio haud sane felici fabricat. Fingit nimirum primo, Reuchlinum cum *Hochstrato* concertasse de *Praebenda* aliqua, id est, Beneficio ecclesiastico: secundo, Louanienfes ac Parisienses theologos *Praebendam* illam (*die Pfründe*) *Hochstrato* adiudicasse: tertio victorem *Reuchlinum* instituisse Societatem siue Academiam, vt Itali vocant & Galli, ad con-

H 5 O J I V X ficien-

ficiendas epistolas obscurorum virorum: *quarto*, Praesidem & Directorem huius societatis fuisse Comitum Nuenarium: *quinto*, ad hanc societatem etiam accessisse postea *Erasmmum & Glareanum*. Scilicet

*Tantae molis erat perineptum condere
librum.*

Quis quaeso, tam est historiae litterariae rudis, quin confestim has esse meras nugas intelligat. Quod si quis cum narratione allata conferre voluerit *Placcianam*, deprehendet, illius omnes errores ex Latinae linguae imperitia ortos esse: inter quos ille eminent, quod Academiae illius Vtopicae Praesidem ac Directorem faciat Comitum Nuenarium. Nimirum apud *Placcium* legitur: *Praepositus Comes Nuenarius*; quae Germanice ita reddenda: *der Probst, Graf von Nuenar*. Sed ille quidem hoc loco Praepositum siue Rectorem societatis eruditae inuenit. Adeo *scribimus indocti doctique poemata passim*. Sed haec *ως εν παρэгγυς* dicta sunt.

A. n. 1825.

XVI. Auctorem *Sesquiseculi Anglicani* esse *Iac. Thomastum*, non dubitare licet legenti *Buchneri* epistolam 108 libri primi. Addatur *Tho. Crenius Animaduers. philol. & histar. P. II p. 89.*

P. n. 1821.

XVII. Quis lateat sub *Seucrini de Monzambano* nomine, iam olim non fugit.

Io. *Strauchium* Ictum, utpote cuius haec verba sunt in *Institutionibus iuris publici*: (a *Equidem laudem hominis docti & philosophi eximii ego personato huic (Monzambano) non detraxerim, nec abnuerim facile, scribere eum eleganter, perspicus, & ubi causae non seruit, cum iudicio, quippe qui cum fratre suo & ab eleganti ingenio, & eruditione haud vulgari, Ienae bene mihi cognitus fuit, cum antea frater quoque eius in Academia Lipsiensi familiaris meus, ac denuo inquilinus & conuictor Ienae fuerit. Nec styli Pufendorfsiani gnaro difficile est Pufendorsum in Monzambano agnoscere. Ut enim alia taceam, vsus particulae nequicquam pro nequaquam barbarus quidem, sed Pufendorfsio valde frequens ac ferme proprius est. Nimirum singuli scriptores suos habent idiotismos & proprias dicendi formulas. Sic olim in *Liuiio* Patauinitas notata est a *Pollione*, fortassis non falso, quanquam hodie, in quo ea versetur, ignoremus: & ipsi *Ciceroni* proprium esse, ut creberrime illud esse videatur vsurpet, a *Quintiliano* obseruatum est: quanquam pro *Cicerone* verba faciat *Paulus Manutius*. (b Praeterea *Pufendorfsii*, (ad eum enim hoc diuerticulo reuertendum est,) profluens est stylus & amoenus, sale etiam conditus, non facile illatinus, nec scholastica barbarie sordidus, sed sine anxietate ac*

nimia

(a lib. I tit. 4 not. L p. 33. (b *Comm. in Cic. Famil. lib. I epist. 8 p. 104.*

nimia religione quasi medius, vt in eo plus naturae, quam curae videatur esse. Praeterea in *Monzambani* libro vbique se prodit *Hobbesianorum* principiorum peritia atque amor, qui non tenuis fuit in *Pufendorfio*, vt res ipsa docet, nec ipse fateri erubuit. Immo *Monzambanus* capite VIII §. VI ab initio, ipsis *Hobbesii*, quem non nominat, verbis vtitur. *Non modo, inquit, contra contendere, sed & hoc ipsum, non consentire, odiosum est. Qui enim non consentit alicui, putatur eum tacite erroris accusare: qui in multis valde dissentit, pro stulto eundem habere videtur.* Quae *Pufendorfius* repetit libro II *de Iure naturae & gentium*. (a *Hobbesii* vero verba libro *de Ciue* (b isthaec sunt: *Non modo contra contendere, sed etiam hoc ipsum, non consentire odiosum est. Nam non consentire alicui in re aliqua, est eum erroris in ea re tacite accusare, sicut in valde multis dissentire, idem est, atque pro stulto eum habere.* Obiter hic annoto, *Pufendorffium* vitula *Hobbesii* saepius arasse, etiam cum eum non nominat: quod si satis sciuisent eius aduersarii, maiorem, credo, inuidiam ei mouere potuissent. Sic caput IV libri I *de Officio hominis & ciuis*, quod agit *de religione naturali*, fere ad verbum exscriptum est ex *Hobbesii* libri citati capite XV, quod contendenti vtrumque caput inter se, satis manifestum fiet. Sed vt ad

Mon-

(a cap. II §. 6 p. 168. (b cap. I §. 5 p. 10.

Monzambanum redeam, *Pufendorfius* etiam epistola dedicatoria se prodit, quippe in qua latius digreditur in laudes Electoris Palatini, sub cuius imperio tum vixit, cuiusque fruebatur gratia: quid? quod ex omnibus Germaniae principibus solum cum ibi laudat. Illud hic adiungo, quod mihi narratum est ab ICto quodam, qui eo tempore, quo *Monzambanus* in lucem prodiit, Heidelbergae *Pufendorffii* conuictor fuit. Is referebat, doctrinas a *Monzambano* propositas publice, breui tempore ante libri editionem, a *Pufendorffio* supra mensam familiari sermone fuisse disputatas eodem sensu, quo deinceps locutus sit *Monzambanus*. Hoc igitur edito nemini mensae assidentium dubium fuisse, quin libri auctor esset hospes suus, nempe *Pufendorfius*. Sed plura addi non est opus, cum res hodie sit extra dubitationis aleam posita.

A. n. 1093.

XVIII. *Christoph. Cellarius*, in dissertatione de captiuitate Babylonica Halae A. 1694 primum, & ibidem iterum A. 1703 edita (a scribit: *Seckendorffius* in hist. eccl. quam *Gothae διώκτου* edidit, &c. eumque solum facit scripti illius auctorem. Certe *Seckendorffius* ipsemet in *Additionibus* ad *Politicam Christianam* (b (*Christen Staat*) fatetur, suo suasu *Boeclerum* (quem ibidem (c praeceptorem suum fuisse, memi-

(a §. X p. 11. (b p. 305. (c p. 315.

meminit) secundam partem illius historiae pleramque confecisse. Ac *Tenzelius* in *Bibliotheca curiosa* (a ex ipsius *Seckendorfsii* ore refert, eum nec sciente nec adiuvante *Boeclero* primam partem, nempe historiam Veteris Testamenti, composuisse: cum vero multis distringeretur negotiis, *Boeclero* commisisse curam elaborandae historiae Noui Testamenti, qui socium operae illius adsciuerit *Artopaeum*. Unde constat, falso soli *Artopaeo* tribui historiam noui testamenti, cui propter iam dicta, minima eius pars debetur. Non solum igitur falsa est *Slüteri* & *Fechtii* relatio, a *Placcio* allata, sed &, qui hoc secutus videtur, *Eyringii* in *Vita Ernesti Pii, Ducis Saxoniae*, (b memorantis, *Boeclerum* illius laboris, cuius praemium ducentos imperiales acceperit, fuisse directorem, *Seckendorfsiumque* veteris testamenti, *Artopaeum* noui historiam concinnasse. Quis copiosum indicem huic operi subiunctum elaborarit, indicat *Sagittarius* in *Introductione ad historiam ecclesiasticam*, (c eius auctorem nominans *M. Henr. Ern. Treiberum*.

A. n. 825.

XIX. Prodiit apud Batauos liber paucis plagulis constans, hoc titulo: *Hadriani Beuerlandi de fornicatione cauenda admonitio. Editio noua & ab auctore correcta. Iuxta exemplar Londinense. 1697 in 8uo.* Qui libellus etiam in

(a A. 1705. p. 815. (b cap. 15. (c cap. XV
S. 8 p. 335.

in Germania recusis est A. 1698, itidem ta-
cito impressionis loco. Auctor in praefatione
& dedicatione confitetur simulque dolet, scor-
tationi se fuisse deditissimum, & ea scripta, quae
ediderit, detestatur, etiam illud *de peccato ori-
ginis. Beuerlandi* huius fata descripsit *Benthei-
mus* in *Descriptione Hollandiae Germanicae*.
P. II cap. 4 §. 120 p. 452 sq. Addantur *Ten-
zelii Colloquia menstrua* A. 1689 p. 267, & A.
1698 p. 846, sqq.

A. n. 1147.

XX. Quod *Lumen historiarum nostri
temporis* confecerit *Iacobus a Mellen*, Pastor Lu-
becensis, vir alias nummorum peritia clarus,
ipse fatetur in *Notitia maiorum suorum* A. 1707
edita. Vid. & *Nova litteraria Hamb.* 1707
p. 57.

A. n. 1078.

XXI. Ad manum mihi est *Curtius*,
Lugduni apud *Ant. Gryphium* A. 1584 impres-
sus in 12mo, cuius editions Cl. *Fabricius* in
Bibliotheca Latina non meminit. Huic prae-
missa est *Christophori Brunonis*, *Iuris vtriusque
Licentiati*, eiusdemque ac *bonarum litterarum
Professoris Monaci*, in *schola poëtica*, (ita enim
subscripsit,) epistola nuncupatoria ad *Albertum*,
Comitem Palatinum Rheni, & vtriusque Ba-
variae Ducem. Prodiit haec editio primum
Basileae 1545 in fol. vbi in ipso titulo *Brunonis*
nomen exstat. Sed haec quidem editio prae-
ter praefationem & supplementa editoris nihil

nisi

nisi merum textum *Curtii* continet. Mea vero Lugdunensis non solum in fine adiectam, habet *Vitam Alexandri*, auctore *Ioanne Monacho*, sed etiam in margine praeter emendationes *Francisci Modii* exhibet varias lectiones ex vetusto codice *Benedicti Theocreni*: quae multum adiuuare possunt eum, qui emendandos suscipere velit *Q. Curtii* libros. Iam libet ex Dedicatione excerpta quaedam cum lectore communicare. Inter alia igitur ita scribit ibi: *Operae pretium me facturum credidi, si, quod ego legens Curtium votis omnibus expetiuissem, hoc est, eorum, quae desiderantur, πλήρωμα* *sive supplementum quoddam commodiosum, omnium studiosorum utilitati exhiberem.* Eo denique, ex earundem rerum probatissimis scriptoribus, *summa diligentia ac fide congesto, duabus potissimum de causis illustrissimae tuae Celsitudini hanc meam opellam dedicare volui.* Rursum ibidem: *Vt ad illius (Curtii) stylum haec nostra fortasse non accedant, breuibus tamen quae de Alexandro ab auctore dicta conuicimus, bona fide exponunt.* Porro: *Cum (Curtius) scriptor sit minime contemnendus, ego certe admittere non potui, ut diutius ita truncus manibus studiosorum tereretur, sed modis omnibus curare volui, ut quasi resarcitis iis, quae desiderabuntur, perpetua Curtii historia euolui posset.* *Quicquid itaque bonarum litterarum sectatores incunditatis atque utilitatis ex hac Curtii restitutione ceperint, id omne illustrissimae tuae*
Celstu-

Celsitudini, cui me meaque omnia trado & humilissime commendo, acceptum referre debebunt. Optime vale, Princeps celeberrime, & hunc meum conatum --- --- obuiis, quod aiunt, vlnis excipito. Haecenus Bruno: vnde quis verus sit Supplementorum Curtianorum auctor, amplius dubitari nequit.

P. n. 2093.

XXII. *Phaletbrani* sub nomine latitare *Plathnerum*, vel ex anagrammate constare potest. Prodiit eius dissertatio *de sceptri Iudaici ablatione* primum *Vinariae* 1645 in 8. Deinde inserta est a *Gracuo* *Syntagmati dissertationum* A. 1702 editarum.

A. n. 1432, e.

XXIII. *I. R. Bataui, Iuris Studiosi, Confutationem fabulae Burdonum*, auctorem habere *Ianum Rutgersum*, credidit iuxta cum multis *Placcius*. Vide eum supra n. 239. sed hoc loco, retractata prior opinione, recte docet, *Iosephum Scaligerum* esse verum illius scripti auctorem, consultoque *Rutgersii* personam adsumsisse. Ad id confirmandum addo epistolam 402 *Casauboni*, editionis *Graeuianae* p. 462, ex qua patet, non solum *Casaubonum Scaligero* illud scriptum tribuere, sed & ab hoc ipso notitiam veri auctoris accepisse. Paria reperies in epistola 532 & 537, in qua postrema etiam scriptum *de Tribus Capellis, Placcio num.* 1434, a, notatum, *Scioppio* tribuitur. Nec negligenda *Iac. Thomasi* observatio in praefatione ad *Mu-*

reti Orationes, vbi sic (a scribit: *Ios. Scaliger Confutationis illius*, cui alias nominis alieni, *I. R. Bataui, Iuris Studiosi*, (videlicet vt *Ianus Rutgersius* intelligeretur,) notas præfixerat, verus auctor est: quem se ipse *Iosephus* confitetur tum alibi, tum clarissime epist. 433, quae *Grutero* inscripta est, p. 793. Qua vero ratione inductus sit *Christoph. Adamus Rupertus*, vt in *Observationibus ad Florum* (b *Confutationem* illam *Io. Bergio Ruteno* tribuat, ego quidem nescio: illud non dubito, cum vehementer aberrare. *Rutgersii* mentio quoniam incidit, illud addere libet, *Thomam Crenium* (c singularem eius cum *Daniele Heinsio* amicitiam comprobatum iuisse ex inscriptione quadam, qua id & diserte affirmat *Rutgersius*, & *Heinsium* appellat fratrem. Verum fratris appellatio huc quidem trahi non debet, cum ea spectet affinitatem, quae inter vtrumque intercessit. Habebat enim *Heinsius* *Rutgersii* sororem in matrimonio, vt patet ex illius (*Heinsii*) poëmatibus. (d *Ac Nic. Heinsius* quoque *Rutgersium* haud dubie significat, cum auunculi sui meminit in epistola quadam ad *Is. Vossum*, quam nuper publicauit doctissimus auctor *Nouae collectionis librorum rariorum*. (e Solent enim

(a p. 24 not (ao.)) (b p. 304 §. 1. (c *Animaduers. histor. & philolol. P. II p. 10.* (d p. 140 & p. 257. (e *Fascic. I p. 173.*

enim plurimum regionum moribus se *fratrum* nomine compellare, cuius alter sibi sororem iunxit matrimonio. Quem in modum *Is. Casaubonus* suis in epistolis haud raro *Paulum Stephanum*, cuius sororem duxerat, nominat *Paulum fratrem*. Immo idem ille *Dan. Heinsius* in laudatis poematis (*a Rutgersum fratris* titulo plus semel salutatur, affinitatem potius, quam animorum coniunctionem respiciens.

P. n. 901.

XXIV. *Wahremundus ab Ehrenberg* est *Eberhardus a Weyhe*, per transpositionem litterarum initialium, W. A. E. pro E. A. W. de quo illud tantum annoto, quod fuerit A. 1610 Consiliarius *Ernesti*, Comitis in *Holstein*, *Schauenburg*, & *Starrenberg*, ut patet ex *Marquardi Freberi* Dedicacione, commentariolo de secretis iudiciis in *Westphalia* praemissa. Unde, quod *Placcius de Pseudon. n. 436* scribit, eum fuisse Cancellarium *Brunsvicensem* & *Luneburgensem*, de posteriore tempore debet intelligi.

P. n. 29.

XXV. Cum *Cl. Molleri* coniectura, suspicantis, ipsum *Sannazarii* nomen esse adscititium, pugnat relatio *Pauli Iouii*, qui in *Elogiis* suis ita de *Sannazario* scribit: *Origo vetustae stirpis è Sancto Nazario, Lumellini agri oppido, inter Padum & Ticinum non ignobili,*

I 2

unde

(a p. 302 & p. 308.

unde maiores aduenerant, non obscuro petebatur. Illud praeterea hic obseruo, habitam fuisse A. 1704 in Acad. Ienensi praefide M. Stempelio disputationem de Societate Abbreviatorum Romana, in qua etiam (a Sannazarius vocatur in Abbreviatorum ordine clarissimus. Traditur enim in illa dissertatione, saeculo XV doctos quosdam viros eruditam inter se societatem, adscito Abbreviatorum nomine, instituisse, quemadmodum hodie celebres multae sunt eiusmodi Academiae in Italia & Gallia. Verum enimvero tota illa Abbreviatorum Societas est mera chimaera, & fabula isthaec recens excogitata natales debet Octauii Ferrarii verbis male intellectis Prolus. IX: (b Papa (Paulus II) initio regni ABBREVIATORVM ORDINEM sustulit, inter quos & Platina. Est enim Abbreviatorum ordo singulare munus in aula Pontificis Rom. eorum, qui ad epistolas & alia ipsius nomine scribenda adhibentur. Epistolae enim Pontificis vulgo Breuia vocantur, unde Abbreviatorum appellatio. Talis abbreviator apostolicus (quem titulum ipse Dn. Stempelius (c meminit, sed praeiudicio captus non vidit, quo pertineret,) Platina diserte etiam vocatur a Trithemio, item a Schedelio in Chronico, (d (Obiter hic annoto, verum nomen esse Bartholo-

(a p. 17. (b p. 157 edit. Patav. 1650 in 8. (c pag. 5. (d f. 252, b.

tholomaeum de Platina. Ita enim eum appellat *ούρχου* & amicus eius, *Hieronymus Paulus*, cubicularius Alexandri VI papae, in libello, quem vocant *Prædicam Cancellariae Apostolicae*, cuius verba *Catalogo Testium Veritatis* inseruit Flacius *num. 441 p. 853.* Unde errare patet eos, qui *Baptistam* eum vocant. Nec minus errat *Dn. Stempelius*, suspicans, *Platinae* nomen esse adscritivum, inde ipsi impositum, quod *Platonem* philosophum habuerit in deliciis. Nam ipse *Platina* in *Cononis* Papae vita testatur, se oriundum esse e vico *Platina*, agri *Cremonensis*. Qua eadem haud dubie de causa a citato *Paulo* vocatur *Bartholomaeus de Platina.*) Eodem sensu *Theodorus a Niem* dicitur fuisse *litterarum apostolicarum* scriptor & abbreviator a *Spanhemio*, (a & aliquot *Paparum* intimus scriba a Flacio in *Catalogo Testium veritatis.* (b Sic & *Barberinus* eidem muneri dicitur praefuisse ab *Erythraeo* in *Pinacotheca secunda.* (c Ipse *Platina* in vita *Pii II* scribit, *Pium* hunc siue *Aeneam Sylvium* prius fuisse *litterarum apostolicarum abbreviatorem.* Sed quid multa? Prodiit Romae A. 1691 in forma maiore *Io. Ciampini* *dissertatio historica de Abbreviatorum siue Assistentium S. R. E. Vicecancellario in litterarum apostolicarum expeditionibus antiquo statu, illorumque in Colle-*

(a *Comp. Hist. Eccl. N. T. p. 514.* (b *cap. 334. p. 781.* (c *cap. 49 p. 153.*

gium erectione, munere, dignitate, praerogatiuis ac privilegiis. Accedit, quod *Ferrarius* loco citato solum *Platinam* refert fuisse in Societate Abbreviatorum. Sed haec sufficient ad errorem istum ex litteraria historia eliminandum: quem silentio eram praetermissurus, cum Cl. *Stempelio*, nunc in Gymnasio Goettingensi Professore, in Academia Ienensi amico vsus sim. Sed cum metuam, ne error ille propagetur, quippe Societate illa Abbreviatorum iam a Celeb. quodam viro in historiam litterariam relata, providendum duxi, ne serperet latius.

A. n. 1041 & P. n. 35, γ.

XXVI. Titulus libri hic est: *Historiae Bauaricae libri LXXII. Monachii 1662. fol.* Volumina sunt duo. Auctoris nomen in titulo comparet nullum, sed Dedicacioni subiectum est nomen *Ioannis Adlzreiter a Tetenvveis, arcani consilii Cancellarii*. In *Actis litterariis* a Cl. *Struuiio* editis (a habentur verba epistolae *Balbini* Iesuitae ad *Christoph. Arnoldum* sequentia: *Vidistine Annales Boicos Cancellarii Bauarici Adlzreiteri? Sic vos non vobis. Partus hic est nostri P. Ioannis Feruaux Lotharingi, in cuius nomine ob certas causas Annales illos nostri maiores apparere noluerunt. Quae verba repetit Christoph. Arnoldus* in epistola ad *Kirchmaierum*, (b quae est vigesima tertia inter *Kirchmaierianas*.

P. n.

(a fascic. VI p. 53. (b p. 61, 62.

P. n. 239, a.

XXVII. *Lucae Holstenii* ad se epistolas *Lambecius* libro VI *Commentariorum de bibliotheca Vindobonensi* inseruit, in quarum septima haec legas: *In Aristaeo Iosiae Merceri industria ita omnia praestitisse videtur, ut nullum alienae diligentiae locum reliquerit. Nam & versio nativa elegantia cum Graecis certat: notae autem ita omnibus numeris sunt absolutae, ut nec demi quicquam nec addi possit.* Ad quae verba annotavit *Lambecius*, prodiisse illam *Merceri* editionem Parisiis A. 1594 in 8, sed sine auctoris nomine. *Mercero* etiam illam versionem tribuit *Buchnerus* libro II epist. 112, & *Scioppius* lib. de arte Critica. *Casaubonus* epist. 160 (a scribit: *Aristaenetum ab illo (Iosia Mercero) editum scis quanti semper fecerim. Pauca sunt, in quibus mihi cum illo non plane convenit. Scripsi de nonnullis ad ipsum, non ut docerem, sed ut docerer.* Fuit enim *Mercerus* familiaris *Casauboni*, ut patet ex huius epistola 582: quo minus haec res eum fugere potuit. Antea tamen ignorauerat hoc *Casaubonus*, cum scilicet nondum peruenisset in amicitiam *Merceri*, ut patet ex eius epistola 55. Certior tamen postea ea de re factus fuit a *Bongarsio*, teste epistola 63 & 66. Vid. & *Barthii Aduersaria* lib. XLV cap. 6.

P. n. 304.

XXIIX. *Basilium Valentinum* non esse fictum, sed verum monachi Erfurtensis nomen, etiam demonstravit celeberrimus vir, *G. W. Wedelius Exercit. Cent. II dec. I num. IX*, quam & recenset illustratque *Tenzelius in Bibliotheca curiosa. (a)*

P. n. 1533.

XXIX. De *Pomponio Laeto* notatu digna sunt, quae scribit *Ge. Schubartus*, praceptor olim meus, in praefatione (huius enim *ἀναγωγὴ* is auctor est, cuius testem rei non solum bibliopolam habeo, sed etiam *Cl. Hambergerum* in dissertatione *de Francis antiquis Ienae A. 1686* habita, (b) ad *Conradi Peutingeri Sermones conuiuales*, Ienae A. 1684 editos. Verba ipsius haec sunt: *Conradus Peutingerus missus est in Italiam. --- Sic enim maiores tunc opinabantur, neminem fore eruditum, nisi cum doctoribus Italis --- versatus fuisset. Pomponius Laetus, natiuitate Calaber, Laurentii Vallae quondam auditor, forte laudabatur nostro (Peutingero) propter linguae castimoniam, & insignem antiquitatum notitiam. Quare affectatus est illum, nec difficilem in vota sensit. Fatetur hoc in sermonibus, ubi de artis typographicae inuentione disquirat, atque hanc patriae communi recte vindicat, contra praceptorem, qui multis ante seculis eam in usu fuisse apud suos assene.*

(a A. 1706 p. 408, sqq. (b Cap. 1 §. 4.

asseuerabat, & Cypriani martyris loco, male intellecto, id confirmabat. Sed candidè Peutingerus ibidem iudicat, Laetum serio non agere, quod Christiani testimonium usurparet, quippe cui sorderent ecclesiae dogmata & sacra omnia. Romanam enim antiquitatem tam superstitiose amabat, ut nomen Christianum, a parentibus impositum, cum gentili permutaret, quo & hodiernum celebratur. Si quae festorum solennia, ceu sunt natalia Saluatoris, eius resurrectio & missio spiritus sancti, frequentarentur a piis, ipse miser architectabatur sibi priscam domi religionem, inque monte Quirinali, ubi secretus a ceteris habitabat, urbis natalem, palilia, vinalia, apaturia, immo Romulum pro Christo colebat. Vani sunt itaque, qui excusant illum, & quod sanctius vitae institutum secutus fuerit, posteris ingerere student. Haecenus Schubartus. Adde Sermones coniuuales Peutingeri pag. 40, 41. Opera Pomponii Laeti coniunctim prodierunt Argentorati 1510 in 4to. de Laeto hoc, cuius verum nomen fuerat Iulius Sanseferinus, docta collectanea dedit Stempelius in dissertatione de Societate Abbreuiatorum Romana, secutus, ni fallor, vestigia Thomae Pope-Blount in Censura celeberrimorum auctorum: quanquam falsum esse, quod Laetum ordini Abbreuiatorum adscribit, iam supra monuimus.

P. n. 1546 & n. 2368.

XXX. Dissertationem de induciis belli Belgici, editam sub nomine Latini Pacati, &

Hortationem ad amplectendas inducias praescripto *Iuliani Rosbecii* nomine euulgatam, esse a *Dominico Baudio* scripta, dubitari non potest, cum in editione epistolarum *Baudii*, quae prodiit Amstelod. 1642 in 12mo, haec duo scripta, sub nomine *Baudii* in fine sint adiecta p. 625, sqq. & p. 646, sqq. Ad *& Indicem Orationum Baudii*, illis epistolis praefixum.

P. n. 2427 & n. 1097.

XXXI. Addendum hic, quod scripta *Anti-Sarcmasiana* coniunctim prodierint hoc titulo: *Pica Pieris, hoc est, Sarcmasius ob intempestiuam loquacitatem, qua Musas sinceriores prouocare non erubuit, in PICAM mutatus. Ex Helicone, 1669, in 4to.* In hoc volumine primum exhibetur *Inscriptio* in ludibrium & contumeliam *Sarcmasii*. Deinde *Sarcmasii* iudicia leguntur p. 6. *Labronis a Verasio* (sub quo nomine ipsum latere *Schurzfleischium*, refert *Placcius*, (a *Satura Sarcmasiana* publice detecta, modeste castigata, p. 18 *ὑπερασπιστὸς* pro scriptis *Cyr. Lentuli* aduersus nouum Criticum, p. 24. *Canis* sub fustem missus, siue, *Correptio sycophantae maximi, E. T. Sarckmasii*, p. 31. (Huius scripti auctorem esse *Vlr. Obrechtum*, scribit Auctor *Nouae librorum rariorum collectionis*,) (b Post annectitur *Satyra in Sarckmasium* conscripta per *Theophil. Franc. Conr. Andr. Fictorin. Frid. de Francimont.*; item *Petri*

(a *Pseudon. num. 2792.* (b *Fascic. II p. 218.*

Petri Nasturtii Iudicium de iudiciis Sarcma-
fianis : postea *Parnassus infamis* : ac denique
epistolae eiusdem argumenti. Sub *Theophili* ---
de Francimont nomine latitare *Oldenburgerum*,
non dubito. Vt enim omittam dicendi genus,
quod quidem genium *Oldenburgeri* clarissime
prodit : etiam in scripto illo maxime omnium
defenditur contra *Sarckmasium Burgoldensis*,
quem *Oldenburgerum* esse, inter omnes con-
stat. Accedit, quod Satyra illa annexa dein-
ceps fuit *Constantini Germanici Itinerario Ger-
maniae politico*, (*a* cuius haud dubie auctor
est *Oldenburgerus*, vti & *Placcius* (*b* agnoscit.
Addo hic iudicium *Thomasii de Sarcmasio* ex
Specimine Iurisprudentiae iudicialis, vbi (*c* ita
scribit : *Sarckmasius, vir incomparabilis iudicii
ac eruditionis, in Germaniae Academiis, non sine
periculo, primus libertatem iustam recedendi a tra-
ditis veterum magistrorum vindicavit, ac iugum
seruile fregit.*

A. n. 1770.

XXXII. *Defensionem Pupillae*, id est, Au-
gustanae Confessionis *Hoepfnero* tribuit *Rechen-
bergius* in libro *de studiis Academicis*. (*d* Idem
vero in *Appendice ad Libros Symbolicos* (*e* ab
amico quodam edoctus scribit, praecipuas par-
tes in illius operis elaboratione fuisse *D. Mat-
thiae*

(*a* p. 597, *sqq.* (*b* num. 715. (*c* cap. VI p. 63.
(*d* Sect. VI cap. 3 §. 6 p. 301. (*e* P. I cap. XI §. 6
p. 119.

thiae Höö. Amicus ille videtur fuisse *D. S. B. Carpzouius*, Concionator quondam supremus in aula Dresdensi: ad quem etiam prouocat, *Dn. H. Pippingius* in epistola ad *Tho. Crenium* A. 1704 Lipsiae edita, qua scriptum illud *Höö* luculenter asserit.

A. n. 980.

XXXIII. Iesuitam *Spee* esse auctorem *Cautionis criminalis*, etiam *Petrus Baelius* (a memoriae prodidit. Etiam *Iobus Ludolfus* in epistola ad *Christoph. Arnoldum*, quae exstat in *Struuii Actis litterariis*, (b scribit: *Fridericus Spee*, Soc. Iesu, vnus fuit ex doctissimis prudentissimisque istius societatis. Auctor est *Cautionis criminalis*, quo libro vix quicquam in eo genere exstat prudentius. Adeoque falsus est *Dn. Thomafius*, in dissertatione de crimine *magiae* (c ratus, Ictum aliquem ex Protestantibus sub hac larua latere.

A. n. 1073 & n. 1834.

XXXIV. Illa editio *chronici Schedeliani*, quae in bibliotheca Hamburgensi exstare a *Placcio* dicitur, caret haud dubie titulo. Nam verba illa: *Registrum huius operis* &c. sunt tantum titulus indicis rerum hoc in opere contentarum. Vnde & indici isti haec clausula subiicitur: *Finit registrum*. Scire igitur pervelim, an & quis exstet *Chronici* illius titulus. Namque

(a Tome III Reponses aux questions d'un Prouincial. (b Fascic. VI p. 51, 52. (c S. V.

que & in meo exemplari titulus deest. Est autem mihi exemplum eiusdem editionis, quam *Placcius* citat: id quod cognosco ex eius allegatis. Equidem in indice librorum, *Centuriae quintae epistolarum Martini Zeileri* praefixo, item in ipsa illa *centuria*, epistola 38, (*a* citatur, *Hartmanni Schedels Chronica Norinbergica de Historiis aetatum mundi, ac descriptione urbium. Noribergae 1472 in folio.* Quae scriptura si salua est, (ego quidem nullam inuenio dubitandi causam,) sequitur, vt mea editio sit auctior, quippe quae ad plures annos protenditur. Immo vt dicam, quod sentio, *Chronica* illius primum auctorem non esse puto *Schedelium*, sed eum id locupletius edidisse, & quidem adiutum ab aliis: quod haud dubio in causa fuit, vt nomen suum libro non praescripserit. Nam ipsum quidem nomen subtraxisse nonnisi coactum, vel ex eo patet, quod in ipso opere plus semel se nominatum indicauit. Et haec ipsa causa est, cur vbi (*b* nomen suum posuit, se totius operis auctorem non vocitet; & alio loco (*c* diserte dicatur, *hoc chronicon collectum AVXILIO Hartmanni Schedel.* Rursum alibi (*d* dicitur *chronicon hoc castigatum esse a viris doctissimis, magis elaboratum vt in lucem prodiret.* Adde alium locum, qui existat fol. 258, *b.* Haec habuimus,

quae

(*a* p. m. 251. fin. (*b* fol. 252, *b.* (*c* f. 266, *a.*
 (*d* fol. 300, *b.*

quae per otium Nurembergense ADIICEREMVS.
 Vos valetē & boni consulite. ex Nuremberga X.
 Kalendas Iunias. Anno ab incarnatione Salua-
 toris Christi millesimo quadringentesimo nonage-
 simo tercio. Additae statim sunt litterae ini-
 tiales nominis *Hartmanni Schedelii Doctoris*.
 Etiam haec verba mihi videntur adiicienda,
 quae leguntur fol. 262. a: *Quod erat officium*
suscepti libri, auspice Christo, quamuis rudibus
pene verbis compleuimus, prout ingenii mediocri-
tas tulit. Decursus enim propositi operis sex aeta-
tibus, ad metam nostri temporis prouecti sumus.
Estque annus quinquagesimus tertius imperii glo-
riosisissimi imperatoris Friderici tertii: ac filii eius
incliti Maximiliani septimus: modernique summi
pontificis, Alexandri sexti annus sui pontificatus
primus. De Germanico interprete huius chro-
nici videatur Cāspar Sagittarius in Introductio-
ne ad historiam ecclesiasticam. (a Ipse vidi Chro-
nica Hartmanni Schedelii von Anbeginn der Welt
bisß A. 1486, quo anno is liber Germanice
excusus erat in forma maxima. Merito etiā
hic loci notamus quorundam errorem, qui
Chronicon illud Aeneae Syluio tribuunt, id
quod facit Samuel Maresius, ob id reprehen-
sus a Sandio, (b & Schmidius quidam in libel-
lo, Wittebergae A. 1609 in 8 edito de
Papa

(a cap. X § 15 p. 90. (b in notis ad Vos-
 sium de historicis Latinis ad p. 573.

Papa Ioanne VIII femina. (a Certe ipsius *Aeneae Syluii* vita breuiter ab ipso *Schedelio* (b describitur.

P. n. 630.

XXXV. Eum, qui sub *Christiani Aleto-*
phili nomine latet, litteris duabus initialibus
I. F. indicat *D. Paulus Antonius* in *notis ad*
Concilii Tridentini dogmata. (c Hic autem vi-
detur scire potuisse verum auctorem, quippe
qui Lipsiae satis diu vixit. Vnde vix assequor,
quomodo hac in re errare potuerit: nec tam-
en *Alberti* de semetipso testimonium a *Plac-*
cio indicatum potest reiici. Nisi fallor, sentit
Antonius de *Ioachimo Felleri*, Theol. Lic. &
Poët. Prof. publ.

P. n. 1231.

XXXVI. Sub *Orthuini Gratii* nomine in
citato scripto latere *D. Io. Christoph. Becman-*
num, virum hodieque & viuum & fama flo-
rentissimum, indicat collega ipsius, *Samuel Stri-*
mesius in *Annot. ad Spanhemii Protheoriam hi-*
storicam. (d

P. n. 1593.

XXXVII. *Eugenii Lombardi* sub persona
latere *Caelestinum Sfondratum*, Cardinalem, in-
dicauit etiam *Tenzelius* in *Colloquiis mensuris.* (e
Addantur *Acta Erud. Lips.* 1708 p. 361.

P. n. 602.

XXXIIX. Sub *Minii Celsi* nomine latere
Seba-

(a pag. 41 (b fol. 250, b. (c p. 149. (d p. 19.
(e A. 1697 p. 6.

Sebastianum Castellionem, tradit *Besoldus lib. I Politic. cap. 3 §. 3*, & *Perizonius in Historia saeculi XVI.* (a Sed ego hos errasse puto, & sequor sententiam *Gotfridi Arnoldi*, in *Historia ecclesiastica* (b tradentis auctorem illius libri esse *Laelium Socinum*. *Castalionis* certe non potest esse liber ille, tum propter stylum ab elegantia *Castalionis* propria remotiorem, tum quod *Castalio* saepius in hoc libro citatur nominatim. Imprimis expendendum est, quod *Minus Celsus* de se ipso scribit, commemorans, (c se, cum abhinc triennium religionis ergo *Italiam* fugiens, *Antichristi manus* euassisset, & longo defessus itinere, maximisque exantlatis laboribus, ad *Rhaetorum Alpes*, ceu ad portum appulisset, ratus, - - - has inter ecclesias - - - indissolubilem esse doctrinae consensum & unitatem: reperisse tandem, - - - earum quamplurimas plurimis in rebus manifeste dissentire Eadem auctor iam dixerat in prooemio. (d Haec vero haudquaquam conueniunt in *Castellionem*, si quidem *Vitam* eius legas: in *Laelium* vero *Socinum* quadrant quam optime. Est autem liber posthumus, ac diu post fata auctoris editus. Quod editor in fine praefationis indicat his verbis: *Cum hic liber post auctoris mortem in manum typographi deuenisset, multum diuque dubitauit, num typis eum suis in publicum edere deberet.* Mortuus enim est *Socinus* ille A. 1562, & hic liber

(a pag. 196. (b P. IV sect. 2. n. 54 p. 444. (c fol. 9. (d pag. 10.

liber primum editus A. 1577. Falli porro necesse est *Arnoldum*, in *historia ecclesiastica* (a scribentem, *Laelium Socinum* sub nomine *Martini Prelli* edidisse scriptum contra *Calvinum* de haereticis morte non mulctandis. Nam in prooemio eius de quo iam disputamus, libri (b fatetur auctor, se nihil ante editionem huius libri (quae tamen post mortem demum auctoris facta est,) de eo argumento typis mandasse. Ibidem *Arnoldus* aliud *Laelii Socini* scriptum, in *Calvinum* $\Psi\epsilon\upsilon\delta\omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$ editum, memorat. Disimulavit nimirum vir ille haeresin suam, quoad vixit. Vnde *Theodorus Beza* *Epist. Theol. LXXXI* (c scribit, *Laelium Sozinum, Senensem, non nisi post mortem cognitum esse huiusmodi haeresibus laborare.* Sed ut redeam ad *Minium Celsum*, non est praetermittendum, quod id nominis lateat $\alpha\nu\alpha\gamma\epsilon\alpha\mu\alpha\sigma\iota\kappa\acute{\omega}\varsigma$ in nomine *Laelii Socini*, omisis duabus litteris *la*, ne scilicet facile agnosceretur verus scriptor.

P. n. 1362.

XXXIX. De *Hippolitho a Lapide* consulatur etiam *Tenzelius* in *Colloquiis mensuris*, (d qui putat, eo sub nomine latere virum doctissimum & Germanicarum rerum peritissimum, H. E.

P. n. 217.

XL. Sub *Philemori Irenici* persona latere

K

tere

(a lib. XVI cap. 33 §. 8. (b p. 6. (c p. 361.
(d A. 1689 p. 318.

tere *Martinum Meurerum*, etiam testatur *New Access. ad Wbeari Relect. histor. p. 217*, vbi & de auctoribus *Theatri Europaei* quaedam afferr.

P. n. 217.

XLI. Sub *Caesaris Aquilini* nomine latere *Scipionem Henricum*, tradit & *Tenzelius* in *Colloquis mensuris*. (a

P. n. 2780.

XLII. *Vdeni Nisicli* sub nomine *Progymnasmata poetica* edita esse a *Benedicto Floreto*, testatur *Ianus Nicius Erythraeus* in *Pinacotheca* secunda. (b

P. n. 1556.

XLIII. Epistola *Casauboni*, quae hic allegatur, est in editione *Graeviana* 732, & existat pag. 959.

P. n. 2002.

XLIV. Etiam, *Pandocheum* esse *Guil. Postellum*, probat *Ittigius* dissertatione de *Postello* §. 12 & 44, ex catalogo operum *Postelli, Clavi absconditorum* (qui itidem *Postelli* liber est,) in editione Belgica adiuncto: item ex *Petersenii Nube Testium P. III p. 29*: denique ex *Lindani Panoplia euangelica lib. IV cap. 6*.

A. n. 1523, a.

XLV. *Menippi* auctorem esse *Io. Val. Andreae*, conicit etiam *Leibnitius* in *Noua methodo Iurisprudentiae*. (c Nec id quisquam dubi-

(a *A. 1690 p. 344*. (b *mun. 31 p. 107*. (c *P. II §. 99 p. 189*.

dubitauerit, qui ex aliis illius *Andreae* scriptis, eius stylum, indolem ac methodum perdidicit.

P. n. 1955.

XLVI. *Petri Firmiani Gyges Gallus: accessere somnia sapientis, Paris. 1660, in 12mo.* Editio illa, quam ego vidi, satis suam prodebat originem, nempe quod parata sit in Germania: ac fortasse ad Parisiensem expressa. Ipse *Firmianus* in dedicatione & praefatione libri citati satis clare suam personam describit. Etiam in huius libri fine refert, se Gallica lingua scripsisse *Philosophiam Christianam*, item *de Monarchia verbi incarnati tomos duos*: Latina vero lingua *Genium saeculi*, & denique *Gygem Gallum cum annexis Somniis*.

P. n. 1905.

XLVII. *Iudicium de regula credendi Io. Am. Comenium aduersus Valerianum Magnum*, scripsisse, sub nomine *Vlrici Neufeldii*: eumque librum postea in Batauis praefixo nomine genuino ad prelum esse reuocatum, testatur ex ore *Dan. Comenii filii Hefenthalerus* in epistola ad *Boineburgium*, quam inseruit *Struuius Actis litterariis.* (b)

A. n. 1484.

XLIX. *Hyginum & Polybium de castris Romanorum* edidit R. H. S. *Amstelod. 1660 in 4to.* *Dn. Heinrici*, Scholae Roterodamensis

K 2 Con-

Conrector emeritus, mihi confirmavit, sub litteris R. H. S. latere *Rabotum Hermannum Schelium*, nobilissimum pariter ac doctissimum virum. Addebat, *Io. Fr. Gronouium* de illo *Schelio* dicere solitum esse: *Omnia, quae ego noui, nouit & Schelius: sed non omnia, quae Schelius nouit, ego noui.*

A. n. 1809.

XLIX. Huc pertinent *Historicae vindiciae pro Herm. Conringii Censura diplomatis Ludouiciani, Lindaviae 1700. fol.* Harum auctorem esse *Tho. Welzium*, reip. Lindauiensis Syndicum, tradiderat Dn. *Struuus* in diff. *de doctis impostoribus.* (a Sed *Tenzelius* hanc dissertationem recensens in *Bibliotheca curiosa* (b docet, quod & antea factum erat in *Nouis litterariis Hamburgensibus*, (c se verum esse illius libri auctorem: quanquam *Welzius* nonnulla ad priuilegia urbis pertinentia ediderit. Vnde & Cl. *Struuus* in altera editione dictae dissertationis errorem suum emendauit. Idem *Tenzelius* aliis locis *Bibliothecae curiosae* (d sibi tanquam auctori illum librum adscribit: cui & tribuit *Iustus Fontaninus* in *Vindiciis antiquorum diplomatum.* (Addo, quod in Serenissimi Ducis Sax. Gothani musaeo (non loquor de celebri bibliotheca Gothana publica,) exstet ille liber,

(a §. 30. p. 53. (b A. 1704. p. 504, sq. (c A. 1703 p. 427. (d A. 1705 p. 483, sq. & p. 487. (e lib. I cap. 6.

liber, Principi haud dubie a *Tenzelio* donatus, qui a tergo haec habet impressas aureas litteras: TENZELII APOLOGIA PRO LINDAV.

P. n. 646.

L. *Libros Rhetoricorum ad Herennium*, scripsisse *Cornificium*, dubie sentit *Muretus*. (a *Ciceronis* esse non posse, illud indicio esse credit *Nic. Sufius*, (b quod utatur verbis a *Gellio* damnatis. Ac iam olim *Angelus Decembrius* in sua *Politia litteraria* (c libros illos *Ciceroni* abiudicavit. *Phil. Bercaldus* in *Opusculis* suis, (d de *Rhetoricis* hisce ad *Herennium* libris ita iudicat: *In his praecepta docendi oratorias artes plurima & paene omnia ad amussim perscribuntur, quos libros quidam non Ciceronis, sed alterius oratoris, & potissimum Cornificii esse contendunt: super qua re nunc mihi non est disputandi locus. Hoc vero exploratissimum est, hos libros rhetoricos, siue a Cicerone compositi fuerint, ut Priscianus existimat, siue ab alio nescio quo, esse luculentos, limatos, emunctos, & in primis conducibiles ad docendam eloquentiam. Contr. Sam. Schurzfleischius edidit Witteb. 1703 dissertationem de auctoritate rhetoricorum ad Herennium, in qua suam sententiam ita proponit: Argumentis grauibus moueor, ut ad Riccoboni (his Ciceronem auctorem esse negauerat,) causam me adiungam, propterea quod locutio*

K 3

rheto-

(a *Orat. 13 Vol. II p. 319.* (b *lib. de Stylo cap. X.*
(c *lib. I cap. 10.* (d *fol. XI, a.*

rbethoris Herenniani permultum a Ciceronis eloquentia distat, & cum talibus saepe vocabulis permixta est, quae neque vsurpauit Cicero, neque Ciceronis aetas recepit. Quaequam imitandi industria eius quodammodo similis esse voluit, & bene multa ex Ciceronis de Inuentione libris, ne mutatis quidem alicubi verbis, desumpsit. Adeatur & Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina. (a Nec possum non hic afferre verba D. Io. Fabricii Theologi Helmstadiensis, quae habet in Annotationibus ad D. Baieri Compendium Theologiae positivae p. 43. Scribit autem ita: Quatuor sunt libri Rhetoricorum ad Herennium, qui vulgo Ciceroni tribuuntur. Sed Cicero non est eorum auctor, quia nec ante, nec post libros duos de Inuentione compositi sunt. Non ante: quia alias eorum in libris de Inuentione fecisset mentionem. Nec post: quia sequeretur, illos ad Herennium esse cultiores ac politiores, cum tamen se-

cus sit.
A. n. 2329.

LI. *L' Europe viuante. A Geneue 1667 in 4to. Io. Andr. Bosius in exemplari suo adscripsit, se ex epigrammate quodam Gallico, prope finem libelli Gallici, cui titulus: Burlesque de Veseloue, editi Brunsuigae A. 1667, extanti, collegisse, auctorem huius libri esse Mr. Chapuisseau. Nec aberrauit. Nam A. 1669 auctor nomen suum volumini secundo praefixit.*

A. n.

(a lib. I cap. 8 p. 95, sqq.

P. n. 812.

LII. Io. Gerhardus Confess. Cathol. Prooem. Cap. III ita scribit: *Exstat liber aliquis, cui titulus, Onus Ecclesiae. Compilatum fuit hoc scriptum A. 1519, ut in fine libri habetur, ac primum quidem Landsbutae in Bauaria A. 1524 per Ioannem Weissenbergerum, postea vero A. 1531 Coloniae editum. Auctor eius censetur Ioannes, Episcopus Chemensis, Archiepiscopo Salisburgensi a suffragiis, cuius nomen etiam editioni posteriori in frontispicio statim praefigitur. Testimonia ex eo adducta pontificii repudiare non possunt, quia Lutheri doctrinam multis locis perstringit, ex quo, ut & aliis indicis colligitur, Romanae religionis hominem ipsum fuisse. Gerhar-do subscribit Iac. Thomasius programme XLIV (b & Io. Cunr. Dieterichius in Auctario Catalogi Testium veritatis. (c Illud obserua, quod episcopi Chiemenses nomen gerant a lacu Chiemo (Chiem-See) in finibus Salisburgensibus: vnde ab aliis vocantur episcopi Chiemseenses. Recensitus hic liber (nempe Onus Ecclesiae) fuisse reperitur in Bibliotheca antiqua. (d*

P. n. 1160.

LIII. Martinus Zeilerus Centur. V epist. 28 p. 182. scribit ita: *Auf desselben Ansuchen,*
K 4 vvar

(a p. 10. edit. nouiss. (b p. 513. (c Class. IX cap. 15 p. 217, sq. (d A. 1795 p. 201, sqq. (e 315, sqq.

Über die Fürstlichen Tisch-Reden eigentlich gemacht? erinnere ich, daß Iohann Textor, in der Vorrede an den Leser, über die Naßauische Chronic, am 15ten Blat, schreibt, daß ervebnte Tisch-Reden, so unter dem Nahmen Iohann Werner Gebhards herumgehen, der Hippolytus a Collibus gemacht habe.

A. n. 815, a.

LIV. *Marcum Antonium de Dominis esse auctorem operis, quod inscribitur: Papatus Romanus; etiam affirmat vir elegantissimus nec talium rerum incuriosus, Io. Tobias Maior, Theologus quondam Ienenfis, in Annotationibus ad Aëta apostolorum.* (a

A. n. 1077, a.

LV. Titulus libri is est: *Sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'histoire Critique du vieux Testament, composée par le P. Richard Simon de l'oratoire, ou en remarquant les fautes de cet Auteur, on donne diuers principes utiles pour l'intelligence de Ecriture sainte.* Amstelod. 1685, in 8. Hunc librum *Rich. Simonius* in responsione ad illum sua tribuerat *Allixio*, sacerdoti olim Clarentonenfi: quod non solum negat *Clericus* (b sed & semet ipsum verum ait (c esse auctorem, in *Parrhasianis*. Id repetit in *Bibliotheca selecta*, (d & libro ante laudato (e multa affert ad se purgan-

(a p. 24. (b T. I *Parrhas.* p. 364. (c *ibidem* p. 375. (d T. V p. 349 & 363. (e T. I *Parrhas.* p. 356, sqq.

purgandum iis, qui ex lectione libri illius Gallici pessimas sibi tribuerant opiniones. Idem tamen Clericus negat, (a se auctorem esse tractatus de Inspiratione illis Iudiciis (Sentimens) inserti: sed & illos falli addit, qui Alberto de Versé eum tribuant. (b Edidit etiam Clericus A. 1686 *Defense des Sentimens* &c. Conf. *Benthamius im Holländ. Kirch- und Schul-Staat* P. II cap. IV §. 93 p. 386.

P. n. 1697. β.

LVI. Catechismus Romanis auctores habet Paulum Manutium, Iulium Poggianum, & Cornelium Amaltheum, teste Erythraeo in *Pinacotheca* tertia. (c

P. n. 2834.

LVII. Liber sub titulo Vincentii Lenis *Theriaca*, in quo refellitur Dionysii Petauii sententia de libero arbitrio, auctorem habet Libertum Fromondum, doctorem Louaniensem, teste Clerico, (d qui & docet, *Elenchum* illius *Theriaca*e, a Petauio confectum, insertum esse tertio tomo operum Petauii de doctrina temporum, edit. Amstelod. 1703.

P. n. 2516.

LVIII. Obseruat Clericus, (e quod in Belgica editione *Criticorum sacrorum* hic Ionae Schlichtingii, Sociniani, contra Grotium sub

K 5

nomi-

(a *ibid.* p. 375. (b Conf. *ibid.* p. 364, 365, 366. (c *num. s. p.* 24. (d *Biblioth. sel. T. II* p. 218. (e *lib. cit.* p. 267.

nomine *Io. Simplicii* scriptus liber, magno turpique errore tribuatur *Claudio Salmasio*. Addit erroris huius causam. Nempe *Salmasius* quoque aduersus *Grotium* scripserat, adseito nomine *Simplicii Verini*, vt & a *Placcio* doceri (a videas.

A. n. 958, αα, β, γ, δ.

LIX. Quae in his numeris habet *Placcius*, iisdem verbis, sed Germanice leguntur in *Vita Conringii* a *Clarmundo* (b congesta. Verum obstare videtur relatio *Baronis Boineburgii*, quippe qui in epistola quadam ἀνεκδότου ad *Prüschenkium* d. 28 Sept. 1655 Moguntiae scripta haec habet: *Iam mitto tibi, quae pro iuribus Electori meo in consecrando Rege Germaniae assertis contra Colonienses hac hora demum ex operis sortitus sum. Iudica quaeso vtri putes conuenire prae altero id, quod obtendit? Mendanda ipse tolles vel interpretaberis. Tum & ignoscas exiguitati operis. Scio ipsus, id duplo pluribus ex Historia testimoniis roborari potuisse, si tantundem veterum librorum praesto fuisset, quanto opus est ad talia perscribenda, quorum conscientia & appensitatio a memoriis veteris aevi dependet. Egestas otii quoque excusauerit vltro auctoris parcimoniam, in verbis sub pondere tanti argumenti indecoram forte. Quot enim implicamentis curarum subinde recentium, & in*
dies

(a Pseudon. num. 2518, α. (b P. V cap. 13 p. III.

dies grauiorum, laboremus, aegre & nos dixerimus, & tute tibi persuaseris. Iterum epistola ad eundem Moguntiae d. 22 Octob. 1655 exarata, itidemque inedita, scribit: *Iam dum haec scribo, redduntur mihi litterae ab optimo doctissimoque nostro Conringio, quibus indita erat & grauitatis dignitatisque plena ad Eminentissimum Electorem meum epistola, & solida Assertio Iuris Magontini in Regibus coronandis, satisque ampla, & quae omnino congruit cum libello hic nuper a nobis edito. Edemus illam pariter: num vero Conringii nomen in superscriptione simus apposituri nec ne, deinceps dispiciemus.* --- *Mirum valde est, nos hic, illicque eum, neutrum de altero comperientes quicquam, in eodem argumento illaborantes ita consonasse, ut pene eadem dixisse vrobique & sensisse videamur. Iurare tibi possum, nec illum nostra haecenus vidisse: nec per naturam rerum eius Commentationem tum nos habere quiuimus, cum necdum exstaret. Hodierno cum veredario ei demum nostra transmittito. Rursum in epistola ad eundem Francofurto d. 20 Sept. 1656 data, cuius haec pars edita est a Cl. Struuius, (a ita scribit: *Facias me certiore, num omnia nostra super iure nostrate consecrandi Reges nostros edita videris necne. Si nactus ea es, scribe id quaeso: sin minus, mittam. Praeter Germanicam, Ratisbonae scriptam, at rudem epistolam, eo in**

argumento vulgauimus huc vsque (1) *Dissertationem*, nomen quaternionibus, (2) *Trutinam*, omnis huius concertationis, (3) *Affertionem*, stylo optimi mei *Conringii*, (4) *Examen* argumentorum Colonienſium ſyllogiſtice propoſitorum, (5) *Dissertationis iterationem*, (6) *Caſtigaciones gerrarum aduerſae partis*. Quas tractationes ſequetur vernacula ſcriptio de interpretatione *Aureae Bullae*. Spero, eruditis ſatiſfactum iri. Ex his patet, omnium primam ſcriptionem de hac controuerſia, quae tum Moguntino Electori cum Colonienſi interceſſit, auctorem habere *Boineburgium*, nempe *Epistolam Germanicam*: deinde & *Dissertationem*, IX quaternionibus conſtantem, & *Trutinam* omnis huius concertationis; reliqua vero, nempe *Affertionem*, *Examen*, *Dissertationis Iterationem*, & *Caſtigationem* auctorem habere *Conringium*, quod & *Boineburgius* indicat his verbis epistolae poſtremae: *ſtylo optimi mei Conringii*. Nec obſtat, quod in iſta epistola *Boineburgius* omnia illa ſcripta vocat *noſtra*. Neque enim iſ ideo inquit, *noſtra*, quod ipſe omnia compoſuerit, ſed quod omnia edenda curauerit. Deinde & ideo inquit, *noſtra*, ſcilicet ad noſtram ſiue noſtrae aulae deſenſionem ſcripta.

P. n. 103 & n. 2478.

LX. Cur *Sagittarius* adſciuerit nomen *Alethophili von Solenen*, in promptu eſt ratio. Nimirum alluſit ad patriam ſuam, *Lunenburgum*. Graecis enim *σελήνη* ſignificat *lunam*, vnde

vnde Lunaeburgum quidam deducunt. Eadem de causa *Gustavi Seleni* personam sumserat *Augustus*, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis, de quo vide *Placcium*. (a) Quanquam mea quidem sententia illa etymologia minus vera iudicanda est. Luneburg enim descendit a *Burg* & *Leu*, veteri vocabulo Saxonico, pro quo nunc dicimus *Löbbe*, ut sit *Leuenburg* siue *Löbbenburg*, ab Henrico Leone: a quo eodem *Lübeck* nomen accepit, cuius antiqua scriptura est *Lübic* & *Lüvvick*, a *Leu*, id est, *leo*, & *Wick*, quod oppidum significat, vnde & *Bardevvick*, *Brunsvvick*, *Ostervvick*. Sed & haec sunt alius loci.

P. n. 1881.

LXI. *Placcius* dubium reddit lectoris animum, dum h. l. scribit, verum scriptoris librorum *de Officiis* nomen esse *Lucam Opalenium*, qui se occultarit sub nomine anagrammatico *Pauli Naeocelii*: alio vero loco (b) plane contrarium docet, nimirum verum nomen esse *Paulum Naeorellum*, (ita enim ibi falso exscriptum est, pro *Naeocelium*,) adscititium vero nomen esse *Lucam Opalenium*. In posteriore sententia etiam fuit *Kulpifius*, ut testatur *Collegium* eius *Grotianum*. (c) Sed hunc errorem esse, prioremque sententiam veritati consentaneam, partim ex eo patet, quod al-

teri

(a) *Pseudon. n. 2480.* (b) *P. n. 1947.* (c) *Exercit. I §. III not. f.*

teri editioni librorum *de Officiis* verum nomen *Lucae Opalenii* inscriptum est, vt ipse *Placcius* hoc loco testatur: partim ex luculento testimonio, quod exhibent *Acta Eruditorum* Lipsiae publicata. In horum namque *Tomo II Supplementorum* (a laudatur *Vir generis, dignitatis & eruditionis claritate illustrissimus, Lucas Opalinius, Palatinus quondam Posnatiensis, qui Romano sermone scripsit librum de Officiis, in Hollandia primum, curante Forstero, Bibliopola Dantiscano, typis editum.*

P. n. 2518, a.

LXII. Libri contra Transubstantionem Pontificiorum *Ψευδοδωμωσ* editi auctorem esse *Cl. Salmasium*, testatur etiam doctissima virginum, *Anna Maria Schurmannia.* (b)

P. n. 1226.

LXIII. *Celeb. Thomafius* in *Responso suo de Clauē liganti* (c allegat *Anonymum in Grallis seu vere puerili cothurno sapientiae*, quo se iactat apud imperitos *Guilielmus Apollonius*; item alium similem eiusdem anonymi librum, cui titulus: *Grallator furens de nouo in scenam productus.* Memini, me hos libros aliquando vidisse, in forma octuplicata, iustae molis, & pluribus scriptis eristicis constans volumen. Sed solet id libris eristicis accidere, vt procedente tempore negligentur & pereant, recte obser-

(a *Sect. III p. 150.* (b *in epist. p. 122.* (c *p. 144.*

observante Clerico in dissertatione, *an semper respondendum calumniis Theologorum.* (a In qua ipsa dissertatione confirmari videtur *Benthami* relatio, quod scilicet *Salmasius* prolatorum, scriptorum fuerit auctor.

P. n. 2736.

LXIV. Sub *Troilo* nomine latere *Merbiziium*, Scholae *Dresdenis* Conrectorem, etiam observavit *Tenzelius* in *Colloquiis mensuris*, (b cuius haec verba sunt: *Frantz - Ferdinand von Troilo Reisebeschreibung ins gelobte Land, vvelcher nicht allein sich fälschlich für einen Edelmann ausgegeben, und da er nicht vweiter kommen können, sich endlich zum Ritter des Heil. Grabes gemacht: sondern auch das Reise - Buch, vveil ihm, seinem Vorgeben nach, des Diarium von denen Mönchen abgenommen vworden, durch Valentin Mörbiz Beyhülffe zu Dresden aus allerley Scribenten zusammen geklaubet und drucken lassen.*

P. n. 1517.

LXV. *Fechtii* argumenta ex eo confirmantur magnopere, quod *M. Iustus Christophorus Vdenius* in *Nova* sua excerptatione, *Lipsiae* 1696 edita, pag. 50. meminit *D. Sebastiani Niemanni Historiae ecclesiasticae*, quam auctor A. 1658 in *Academia Ienensi* studiosis publice in calamus dictauerit: quo quidem tempo-

(a *Art. Crit.* Vol. III p. 382, sq. (b A. 1089 p. 246.

tempore *Kortholtum* in Acad. Ienensi vixisse, Facultatisque Philosophicae Adiunctum fuisse, satis constat ex ipsius disputationibus id temporis editis. Indicat autem simul *Vdenius*, *Historiam Niemannii ecclesiasticam* in primis accurate versari in historia haeresium. Atqui in illa historia, quae ex MS. *Kortholti* edita est, in prooemio §. VII haec habentur: *Quaquam vero, ut ex dictis constat, tam late patet historia ecclesiastica, ut complectatur omnes res in ecclesia gestas ab excessu Christi & apostolorum ad hodierna usque tempora, nobis tamen, nimiae prolixitatis vitandae gratia, hac vice sufficiet ea enarrare, quae in primitiua ecclesia contigerunt, ita tamen, ut cetera ἀξιουνημόνευσα cursim, tantum attingamus*, IN HAERESIBVS AVTEM ET HAERETICIS RECENSENDIS PAVLO SIMVS FVTVRI PROLIXIORES. Ex quibus verbis etiam patet, auctori initio constitutum fuisse, priora tantummodo perlustrare saecula, sed postea, fortasse rogantibus auditoribus, consilio mutato, telam historiae ecclesiasticae ad sua usque tempora pertexuisse.

P. n. 1608.

LXVI. *Epistola Luciferi de non apostolicis quorundam moribus* edita a Flacio est Magdeburgi A. 1549, ut testatur in *Catal. Test. Verit. cap. 359 p. 799*, qui & pagina sequenti alius editionis A. 1507 factae meminit. Hanc epistolam in vetustioribus quibusdam codicibus *Nicolao Oremio* tribui, idem testatur *cap. 306*

P. 751,

p. 751, & vero consentaneum iudicat his ver-
bis: *Tempus sane propemodum conuenit, nec
etiam sententia epistolae ab eius animo multum
discrepat.*

CAPUT III.

IM QVO

*Quaedam Placciani operis sup-
plementa exhibentur.*

PRODIIT superiore saeculo liber *Historiam
Seuararum*, populi recens detecti, prae se
ferens. Is primum Anglica lingua editus est,
deinde in Gallicam conuersus hoc titulo: *Hi-
stoire des Seuararum, peuples, qui habitent vne
partie du troisieme Continent, appelle la terre
Australe*; tum a G. v. Broeckhuizen in Belgicam
linguam translatus, sub titulo: *Historie der Se-
uararum, behelzende een Beschryuing van het
on bekend Zuid-land.* Amstelodami 1682 in 4.
Partes sunt IV, multis figuris distinctae. De-
nique Germanica veste inductus, hac facie
prodiit: *Geographisches Kleinod; aus zweyen
sehr ungemeynen Edelsteinen bestehend, darunter
der erste eine Historie der neuerfundenen Völcker
Seuararum genant, &c. Der andere aber vor-
stellet das innere Africa, anfänglich in Englischer
Sprache herausgegeben durch A. Roberts. Sulz-
bach, 1689 in 4to.* Vbi annotandum, poste-

L

riorem

riorem Germanici voluminis partem, de interiore Africa agentem, ab Hollandica editione abesse, eandemque non fictam historiam, sed ex vero expressam videri. Propositum est auctori, sub historia de Seuerambibus describere optimam ac felicissimam omnibusque absolutam numeris rempublicam. Idem tamen in praefatione & initio libri hoc suum consilium callidissime dissimulat, lectoribusque persuadere studet, se historiam, non ingeniosam fabulam tradere. Eamque in rem omnia congescit, quae ad fidem dictis suis conciliandam facere videbantur posse. Atque adeo hic auctor non solum in Anonymorum, verum etiam doctorum impostorum numero ponendus est. Quae impostura & etiam tam feliciter cesit, ut plures deceperit. Certe librum hunc inter hodoeporicos referre non dubitavit *M. Gottschlingius* in Dissertatione de eiusmodi libri *cap. II §. 15*: nec pro vera historia non habuit non nemo *in dem neubestellten Agenten* A. 1705. (a Quis autem fuerit historiae, vel potius fabulae illius Seuarambicae verus auctor, primus, quod sciam, publice asseruit illustris vir, *Christianus Thomasius* in *Menstruis suis librorum nouorum recensione* A. 1689, ubi mense Nouembri (b illius libri contenta in breuem summam contraxit. Refert enim, (c aucto-

(a p. 749, 599. (b p. 956, 599. (c p. 963.

auctorem libri esse Gallum quendam, cui nomen *d' Allais*, Doctorem Iuris: Idque confirmat (1) rumore in Gallia vulgato, (2) ex eo, quod ille *Allaisius* hunc librum venalem habeat aequae, ut Grammaticam Gallicam ab se editam, (3) quod comparatio vtriusque libri, siue stylum spectes siue ingenium, ab eodem vtrumque auctore profectum esse, verosimillimum reddat. *Morhofius*, qui *librum illum doctum esse magnaque cura scriptum & elegantissime fictum* fatetur, tamen nonnullis miraculorum falsorum relationibus ad formam historiae Moisaicae factis offensus non dubitat, auctorem in atheorum vel saltem Naturalistarum censum referre, in *Polybistore litterario* (a: quem sequitur Cl. *Struuius* in *Bibliotheca philosophica* (b. Verum *Thomasius* loco citato eum ab atheismi vel naturalismi suspitione liberare conatur. Concedit quidem, auctorem fingentem, *Stroukaram* impostorem certa arte faciei suae splendorem induxisse: in monte aliquo diu delituisse, quo aues subornatae cibum detulerint: arte aliqua fecisse, ut aduersarii sui a terra absorberentur: curasse, ut nemo sciret, ubi cadauer ipsius mortui esset, quo in coelum euectus esse crederetur: aquas sanguineo colore infecisse: denique aquam alliso pede ex rupe emanare iussisse prospero euentu: haec, inquam, fingentem auctorem concedit *Thomasius*

L 2

masius

(a lib. I cap. 8 p. 75. (b cap. VII §. 19 p. 164.

masius allufisse ad *Mosis* miracula, sed negat inde consequi, vt auctor miraculis biblicis allufisse merito iudiceretur. Ich gesteh gar gerne, inquit, (a. daß ich diesen Schluß nicht begreiffe: vver bey Erdichtung einer Betrügerey etliche Umstände mit anführet, die mit den Wundern *Mosis* eine Verwandschafft haben, der spottet der heiligen Schrift. Ist es nicht viel vwahrscheinlicher, daß er das $\pi\epsilon\acute{\rho}\epsilon\pi\omicron\nu$ in seinem Gedichte habe vollen in acht nehmen, und dadurch vorstellen, daß der Teuffel, der allzeit ein Affe Gottes ist, in seinen Creaturen auch Gottes und seiner Diener Wunderthaten, so viel ihm solches von Gott nachgelassen werde, pflege nachzuäffen. Weil nun alle Historien von dieser Sache angefüllet seyn, gleichvwohl aber das vornehmste requisitum eines guten Gedichts darinnen bestehet, daß man dasselbige, so viel als möglich, vwahrscheinlich mache, so finde ich nicht, vwie der Autor dieses besser in acht nehmen können, als daß er den Betrüger *Stroukaras* als einen vollkommenen Affen *Mosis* und *Christi* praesentiret. Ich bin versichert, vvenn der Herr *Morbhof* die Sache nur ein vwenig überlegen vvirde, er werde dieser Erklärung entvveder Beyfall geben, oder durch die deutlichere Gründe seinen Schluß zu behaupten sich angelegen seyn lassen. Quod *Thomasi*anum iudicium sequitur probatque auctor *menstruorum Excerptorum ex nouis libris*, (b *Hannoueræ* editorum. Verum tamen

(a p. 996, sq. (b A. 1702 p. 5, sqq.

men fateor, apologiam Thomasianam mihi non satisfacere, sed videri haud absimilem defensionem aduocati, qui malae causae suscepit patrocinium. Primum enim nusquam auctor meminit, *Stroukaram* miracula sua ad Mosaicorum illorum instar de industria affinxisse, aut gentem suam horum habuisse notitiam. Deinde atheis & Naturalistis tela subministrat, quibus impugnari possunt miracula Biblica. Quodsi docuisset per excursum, esse criteria quaedam, e quibus constet, *Mosis* miracula fraudis nullius esse suspecta, excusari quodammodo posset. At cum lectori has dubitationes callide insinuet, nec tamen eas rursus euellat, id agere profecto videtur, vt lectori persuadeat, satis causae ipsum habere *Mosis* miracula reiiciendi. Et cur sola fere *Mosis* miracula, eademque potissima affert? Sane nemini vitio potest verti, qui credit, ei fuisse animum miracula Mosaica oppugnandi. Quod enim vir summus decori ratione habita id ab auctore factum esse scribit, parum valet ad eum purgandum. Maxime enim indecorum est, vt mollissime dicam, *Mosis* miracula grauissimam in suspicionem fraudis adducere, nec tamen eam exquisita ratione remouere. Sed nolo huic rei immorari diutius, vtpote ab instituto meo alienae.

II. *Boni Sperati Barba defensa, siue Dissertatiuncula de barba contra quendam μισοπιστονα.* *Dresdae 1690 in 8.* Auctor est *M. Sana.*

L. S. Thea-

Theodorus Schoenlandius, olim Pastor in *Dorfbeyn & Klingenberg*, nunc Pastor *Lommacenſis*, indicatus in *Novis litterariis Hamburgeniſibus*. (a

III. *Timotheus Philaletha*, qui *Xenia Romano Catholica* edidit, eſt *Fridericus Spanhemius*, cuius *Operum* tomo III ſcriptum illud deinceps inferturn eſt.

IV. *Dilucidationes quaedam valde neceſſariae in Gerardi Croeſii Historiam Quakeriſmi, editae a Philaletha*. Amſtelod. 1696 in 8. pl. II⁷. *Kohlhanſium*, Med. Doct. & Quakerum haud incelebrem, A. 1705 deſunctum, auctorem memorati libelli eſſe, teſtis mihi eſt *Ioannes Claus, Iacobi Claus* bibliopolae, cuius ſumtibus illas *Dilucidationes* editas eſſe ipſe titulus fatetur, frater, magnae inter Quakeros Amſtelodamenſes auctoritatis vir, & *Kohlhanſii* quondam familiariſſimus. Idem patet ex ipſo libro. Indicat enim haud obſcure, ſe quoque auctorem eſſe *der Erinnerungen über Ioh. Wincklers Predigern in Hamburg drey Predigten*, quas citat p. 10, 12, 36, 65, 73, 136. Editae autem ſunt illae *Errinnerungen* Amſtelod. 1694, eaſque a *Kohlhanſio* proſectas eſſe, omnes crediderunt. Vid. *Arnoldi Hiſt. Eccl. lib. XVII cap. 20 §. 17*. Accedit, quod nemo inter Quakeros docti viri nomen ſuſtinere eo tempore in *Hollandia* potuerit, nec *Germanicae* linguae puritatem
ferua-

seruare in scribendo, praeter vnum illum *Koblhanfum* ex Thuringia oriundum. Denique idem eodem *Philalethae* nomine adscito scriptiunculam quampiam edidit contra *B. Loerberum*, Orlamundanarum ecclesiarum Superintendententem.

V. *Gerberonius* Abbas multos libros alieno & adscitio nomine edidit, qui recensentur in *Actis Erud. Lips.* A. 1705. p. 245, sq.

VI. Scriptor quidam Gallus sub nomine *Comitis de Cabalis* edidit *Entretiens sur les sciences secretes*. Auctorem esse Abbatem *Villars*, aliorum fide refert *Struuius* in *Bibliotheca philosophica* (a. Videtur vocari rectius l' *Abbé de Villiers*, cuius alius liber Gallicus *ἀνορθωτικός* editus affertur a nostro *Placcio* (b).

VII. *Recueil de diuerses pieces concernant le Quietisme, & les Quietistes, &c.* id est, *Collectanea de Quietismo & Quietistis, siue de Michaelae Molinas eiusque doctrina & discipulis*. Amstelod. 1688 in 8. Recenseri video hunc librum in *Actis Eruditorum*, Anno eodem p. 426, sqq. Sed cum nulla ibi fiat veri auctoris mentio, meam aperire coniecturam hic statui. Nimirum facile crediderim, auctorem huius libelli esse *Petrum Poiretum*. Primum enim Auctor *Collectaneorum* causam agit Theologiae mysticae in praefatione. Iam vero constat, inter Gallos apud Batauos degentes, si non

L 4

solum,

(a cap. V §. 20. (b in Anon. v. 2117.

solum, certe principem mysticum esse *Poiretum*. Deinde in illa Praefatione promittitur, integer liber de theologis mysticis. Atqui talem elucubrauit *Poiretus* sub titulo *Epistolae ἀποστολικῆς* editae, & primum *Arnoldi Historiae Theologiae Mysticae* (a subiunctae, deinde *Ideae Theologiae pacificae*, quae Amstel. 1702 in 8 prodiit, insertae. Porro in citata Praefatione praeter ceteris Mysticis laudantur *Harpius*, *Ioannes de Cruce*, & *Malauallius*. Quod idem fit in ista *Poireti* epistola. (b. Denique in eadem Praefatione contenditur, plerosque errores Molinosis falso tributos esse, addito monito, ne Protestantes relationi hostium temere fidem habeant. At idem utramque monet *Poiretus* in commemorata epistola (c. Vnde meam coniecturam non niti nullo fundamento, apparet.

VIII. *Philareti Ethica* Amstelod. 1696 in 8 edita, auctorem habet *Io. Clericum*, obferuante etiam *Struuio lib. cit. cap. VI §. 13*: qui tamen cum addit, eum quoque sub illius *Philareti* persona latere, qui *Arnoldi Geulingii Ethicae* Amstelod. 1691 & 1695 in 12mo editae praefationem praemisit, nescio, vtrum nominis similitudine deceptus sit, an iudicii huius grauiores habeat causas. Equidem *Philaretum*, *Geulingii* commendatorem, alium esse a *Clerico* puto: cum multae sententiae *Geulingii* repugnent

(a p. 550, 599. (b p. 560, 563 & 629.
(c p. 629, 630.

gnent scitis Clerici, quae tamen in dicta praefatione non notantur atro calculo, sed simpliciter probantur omnes.

IX. *Caroli de Gaule, Salmuriensis, kurtze Nachricht vom heutigen Zustande des Königreichs Franckreich*, pl. 5 in 8. Verum auctorem esse *Casp. Gottschlingium*, Silesium, nuper Rectorem scholae equestris Brandenburgensis, testantur Nova litt. Hamb. 1706 p. 130.

X. *Esaiae Dablbornii* adscito nomine, vitam suam scripsit *D. Christ. Franc. Paulini*, indice *Tenzelio* in *Biblioth. cur.* 1704 p. 601.

XI. XII. *Lichtsterns Schleßische Chronie* edit. A. 1685. Auctor est *Fridericus Lucae*. In hunc librum censuram edidit *Casp. Sommerus* assumpta persona *Curiosi Silesii*. Vtrumque indicat *Tenzelius* in *Biblioth. cit.* p. 729.

XIII. *D. Theodorus Hypselius* edidit Lipsiae 1608 Parodiam in Litaniam *Conradi Vetteri* Iesuitae in opprobrium Lutheranorum editam. Illo sub nomine lateré *D. Matthiam Hoë*, testatur *D. Io. Frid. Mayerus* in disputatione *de Flagellatione spontanea* p. 5, ubi & Hypselianam pariter & Vetterianam Litaniam exhibet. Et hoc ipsum confirmatur, si nomen consideremus. Qui enim Hebraeis *Matthias*, is Graecis vocatur *Theodorus*, & *Hoë*, quasi *Hoch*, nomen Germanicum Hraece $\Theta\psi\eta\lambda\omicron\varsigma$ dicitur, vnde *Hypselius*.

XIV. *Christiani Obadiae* *Dissertatio theologica de insigni discrimine inter Christianismum &*

orthodoxiam. Christianopoli 1706 in 4. Auctor verus esse a fide dignis traditur D. *Io. Wilh. Langius*, eo tempore Theologiae Professor in Academia Norica.

XV. *Adolphus Clarmundus*, qui A. 1702 edere coepit *Collectanea de vitis clarissimorum in re liiteraria virorum*, est *M. Rudigerus*, quod & alias notum est, & testantur *Acta Erud. Lips.* 1708. p. 377.

XVI. *Augustinus le Blanc* edidit *Historiam congregationum de Auxiliis Gratiae*. Vid. *Acta Erud. Lips.* 1700 p. 337. Verus auctor sub hoc velo latens est *Serrius*, Dominicanus, vir celeberrimus. Vid. *loc. cit.* 1707 p. 366. Quem adiutum esse a *Quesnello*, ibidem traditur p. 368. Porro etiam *Theodorus Eleutherius* edidit *Historiam controuersiarum de Auxiliis Gratiae*, qui videtur esse *Conradus Ianningius*, ibid. p. 367. Ceterum cum Iansenistae plerique vsi sint fictis nominibus, eorum clauem vide sis in *lib. cit.* 1707 p. 369.

XVII. *Petri Amasi* sub nomine duos libros edidisse *Guil. Postellum*, docet *Ittigius* disert. de *Postello* §. 18 p. 23 & 26.

XIIX. *Preussisches Neuburg, und dessen gerechtsame, abgefasset durch Peter von Hobenbard.* Gedruckt Teutschenthal 1708, 8. Auctorem esse *Io. Petrum Ludvwig*, Iuris & Hist. Prof. in Acad. Halensi, testantur *Acta Erud. Lips.* 1708 p. 298, vbi & alia huius viri scripta pseudonyma recensentur.

XIX. *Lamindi Pritanii* Cogitata de exquisito iudicio & gustu quoad scientias & artes, Venetiis prodierunt A. 1708 in 12: Auctorem esse *Bernardum Trevisanum*, Nobilem Venetum, docetur in *Nov. litter. Hamb. 1708* p. 258.

XX. *Mr. de la Neuville* *Histoire de Hollande*, auctorem habere *Bailletum*, putat *Clericus* in *Biblioth. selecta T. IV* p. 127. & 139.

XXI. *Petrus Poiretus* *Oeconomiam divinam*, primo Gallice ab se scriptam, paucis abhinc annis iterum publicavit per *Fritschium*, bibliopolam Lipsiensem, eamque Latine conversam, sed ab alio. Is autem, qui interpretatus eam est, vocatur *Hoblfeldius*, estque patria Bremensis, ac Theologiae tum Studiosus fuit, inque *Poireti* conuictu per aliquod tempus vixit. Hoc accepi ex ore *Poireti*, qui & addebat, se in recognoscenda hac versione duos circiter annos consumpsisse, intra quod tempus accurate perlustravit omnia. Negabat quidem, se Latinam versionem ad Gallicos fontes contulisse: ceterum, quod ad rem ipsam & doctrinas ibi propositas attinet, sensum suum probe & genuine esse in Latino expressum.

XXII. *De arte ditescendi Dissertatio prior ex Auellino ad philosophos in Germania*. 1648 in 4to. Auctorem esse famosum illum *Io. Balth. Schuppium*, in suo exemplo adscripsit *Io. Andr. Bosius*.

XXIII. *Compendium conciliorum Generalium*

ralium Gallice prodiit Parisiis. Eius auctorem esse *Felicem Buy*, ex Carmelitarum ordine, tradit *Mons. de Vigneul-Maruille* (qui & ipse est *Ψευδώνυμος*,) *Miscellaneorum* tomo III ab initio.

XXIV. De absoluto reprobationis decreto. *Versio ex Anglico. Amstelod. 1640 in 8.* Huius libri, in quo dogma istud confutatur, auctorem ferri *Hug. Grotium*, in exempli sui titulo annotarat laudatus *Bosius*.

XXV. *Responsio ad praefationem Wicki*, quae *ἀνωνύμως* prodiit, auctorem habere credita est *Faustum Socinum*, teste *Alb. Graüero illustr. Disp. II quæst. 1 §. 17 p. 60.*

XXVI. Multi libelli a virgine de la *Rocheguillen* alieno sub nomine editi recensentur in *Actis Erud. Lips. 1704 p. 46, sq.*

XXVII. *Historia de Melch. Zobelo, episcopo Wurzburgensi & Duce Franconiae, nefarie occiso*, auctorem habet celeberrimum illum poëtam, *Pëtrum Lotichium Secundum*, teste *Io. Hagio* in *Vita* eius, (a cuius haec verba sunt: *Cuius atrocissimi indignissimique facinoris memoriam* (loquitur de *Zobeli* illius crudeli nece,) *ac historiam Lotichium nostrum, Episcopi Frederici successoris, vel potius sententia nostra Erasmi Neustereri, impulsu iussuque conscripsisse dissimulato nomine, vulgo creditum est, ac verosimillimum est.* Idem iisdem verbis tradit *Andreas*

Wil.

Wilckius EogroycaΦia, Parte prima p. 30, adeoque ex *Hagio* non citato descripsit.

XXIIX. Exstat *Epistola de Principiis & Characteribus praecipuorum scriptorum de rebus Mysticis & Spiritualibus, qui postremis hisce seculis vixerunt*, annexa *Arnoldi Historiae Theologiae Mysticae* p. 550, sqq. cuius auctorem inter Fanaticos refert *Ittigius* in *Dissertatione de Postello* §. 28 p. 37. Esse autem illius epistolae auctorem *Petrum Poiretum* non dubito. Certè ei diserte tribuitur ab amico *Poireti*, anonymo illo auctore libri Germanici *de medio statu animae*, cap. III §. 3 p. 59, vbi pro defendendo libello *Pastoris* siue *Hermae* allegatur, de quo in citata epistola agitur §. 40. Porro *Arnoldus* in additamentis ad *P. IV H. st. Eccl.* p. 9 sqq. quaedam iudicia de mysticis scriptoribus profert, quae plane sunt eadem, quae hac leguntur in epistola: cumque p. 6. meminerit, auctorem esse theologum & philosophum celeberrimum, *Arnoldusque* cum *Poireto* commercium habeat litterarium, satis manifestum est, *Poiretum* huius epistolae genuinum esse auctorem. Accedit, quod eam ipse *Poiretus* denuo ediderit in *Idea Theologiae pacificae itemque mysticae* Amstelod. 1702 in 8.

XXIX. *Cabbala denudata* duobus tomis in 4: quorum prior prodiit Sulzbaci 1677, posterior Francofurti ad Moenum 1684. Auctoris nomen in neutro volumine occurrit *Morhofius* (a
laudat

(a *Polyhist. litt. lib. I cap. XI fin. p. 113.*

laudat illustrem Cabalae denudatae editorem, Virum in omni non ciuili tantum doctrina, quam non in umbra, sed in luce ipsa consiliis & actionibus proficitur: sed & humaniori & solidissima rerum naturalium scientia subactum & exercitissimum. Fuisse autem eum Christianum Knorrium a Rosenroth, Baronem, in aula Palatino-Solisbacensi Consiliarium & Cancellarium, paucis ignotum est (a: eiusque operum contenta recenset Dn. Buddens in *Introduct. ad hist. philos. Hebr. p. 232, sqq.* Tamen Martinus Diefenbachius in *Iudaeo conuertendo* (b aliud fert de eo iudicium, existimans, Knorrium fuisse fanaticum, & errasse in doctrina de Christo, & de iustificatione per eius meritum, totamque eius Cabalam esse inutilem. Quae *neios* an probanda sit ac *Morbosianae* praefenda, iam nolo inquirere: illud annoto, solere *Morbosum* plerosque omnes immodicis efferre laudibus, qui ingeniosas easque pietatis specie gaudentes ineptias orbi proposuerunt: qua in re temperamento suo melancholicosanguineo videtur obsecutus esse. De Knorrio vero addimus, eundem A. 1685 publicae luci dedisse *Abrahami*, filii Mardochoaei, Cabalisticum opus, *Sepher chesed Abraham* inscriptum. Equidem nec hic se professus est Editorem: sed tamen de eo non dubitandum,

iudi-

(a *Conf. Acta Erud. Lips. 1684 p. 309, & 1685 p. 359.* (b §. 18.

iudicant *Collectores Actorum Eruditorum* A. 1687
p. 88, sq.

XXX. *Eusebii Franco-Romani* Dissertatio de LXX hebdomadis Danielis auctorem habet *Io. Harduinum*, Soc. Iesu. Vide *Acta Erud. Lips.* 1704 p. 32, & *Clericus Biblioth. sel.* T. II p. 175 & 181.

XXXI. *Salocini von Venedig* liber de *Generatione hominis*. Verum nomen est *Nicolaus Venette*, Med. D. & Prof. & Decanus Collegii Rupellensis. Liber iste in Belgica, Gallica, & Teutonica lingua prodiit. Vide praefationem editoris versionis Germanicae *Lips.* 1698 in 8.

XXXII. *Fridericus de Logau*, Consiliarius Ducum Lignicensium, Carmina edidit sub nomine *de Golau*. *Acta Erud. Lips.* 1702 p. 140.

XXXIII. *Vom Unterscheid der Lutherischen und Reformirten Lehre, mit dem Anhang zweyer Fragen*, per H. G. M. D. & P. P. 1691 in 12mo. Auctor est *Hector Gottfried Masius*, Theol. D. & P. P. in Acad. Hafniensi.

XXXIV. A. V. D. M. Dr. *Onderzoek op het verhaal vvegens den Heere Iesus Cbristus, dat in Iosephus gevonden vword*, id est, *Disquisitio de illo Iosephi loco, quo Christi Iesu mentio fit*, Roterod. 1692, 8. Allegatur hic liber tanquam alius libri appendix a *Benthemio* in *Descriptione Hollandiae*. (a Sub illis vero litteris latere

latere Antonium van Dale, Medicinæ Doctorem celeberrimum, certum habeo.

XXXV. P. D. M. *Beschryving van der Goudkust Guinea, als mede een voyage naer deselve.* Amsterdam 1650, 4. id est, *Descriptio Guineae.* Sub istis litteris latitare Petrum de Marces, procul dubio esse putat M. Gottschlingius in dissertatione *de libris hodoeporicis cap. II S. 14.*

XXXVI. *Plagium Kauffungense, durch I. V. S. M. N. P. Weissenfels 1704 in 4.* Auctorem esse Io. Vulpium, *Salsizio Misnicum, Notarium publicum,* docet Tenzelius in *Bibliotheca curiosa. (a)*

XXXVII. M. S. H. *Denckmahl der göttlichen Regierung an der güldnen Tafel zu Lüneburg,* in 4. Auctor est M. Sam. Hosmannus, *Verbi diuini minister in oppido Cellensi.*

XXXIIX. P. G. D. C. *Itinerarium Persicum.* Est Pater Gabriel de Chinon, indice Tenzelio in *Biblioth. curiosa. (b)*

XXXIX. *Dialogus de moribus philosophorum.* Ienae 1695 in 12 Auctor dedicationi nomen suum subscripsit I. F. B. qui est celeberrimus hodie Theologus, Io. Franc. Buddeus.

XL. *Conciliatio Euanſioφaveriōν symbolicarum ex libro Concordiæ,* auctore G. W. D. in 4. Verum nomen est Gothofredi Wegneri, D. & Prof. Theol. in Acad. Regiom.

XLI.

P. II. C. III. §. 41, 42, 43, 44, 45, 46. 177

XLII. *Recueil de quelques poësies morales* par M. L. A. R. D. Paris. 1700. 8. Auctor est Monsieur l' Abbé Regnier, indicante Eckarda in *Menstruis librorum excerptis*. (a

XLIII. *Pensées ingénieuses des Pères de l' Eglise*, par le P. B. Paris. 1700 in 12. Auctor verus Pater Dominicus Bouhours indicatur ibidem p. 259.

XLIV. M. I. M. A. E. *Gedancken über der Redens Art: Ich bin Christus*. Vlm. 1705. Verum auctorem produnt. Noua litt. Hamburg. A. 1706 p. 270.

XLV. Georgius Chariander in Latinum sermonem conuertit Gemisti Plethonis librum de *Platonicae & Aristotelicae philosophiae differentia*, ediditque Basileae 1574 in 4. Verum huius auctoris nomen esse Henischium, in exemplari suo adscripserat Thomas Reinesius.

XLVI. Vita Chrysoctomi. Halae 1702 in 8. Auctorem esse Balth. Koepkenium, aliis quoque scriptis editis clarum, cognoui ex viro fide digno.

XLVII. *Monstrum Babylonis*. Est poëma scriptum contra Schisma illud longissimum, quod incepit inter Papas A. 1378, & multis annis durauit. Tribuunt id poëma quaedam exemplaria Eccardo, episcopo Wormatiensi. Flacius in *Catalogo testium veritatis* num. 329 p. 778.

M

XLVII.

XLVII. *Peregrini in Patria errores. Vtopiae* 1618. in 12. *Ioannem Valentinum Andreae*, libelli huius auctorem esse, (1) ex eo, quod is postea scripsit librum hoc titulo: *Civis Christianus, sive Peregrini quondam errantis restitutiones*; recusum Lipsiae 1706 in 12. (2) ex eo, quod utroque in libro par est numerus capitulum. Vterque enim constat LII capitibus. (3) ex praefixis huic libro duobus mundi globis, in quorum altero repraesentantur omnia capita *Peregrini errantis*, in altero omnia *Civis Christiani*. Ex quibus globis etiam cognosci potest, quomodo utriusque libri capita singula singulis alterius capitibus respondeant. (4) ex stylo. (5) ex Catalogo scriptorum eius, quem producit *God. Arnoldus Histor. Eccl. lib. XVII cap 5 §. 13*. Ex quo catalogo plura peti possunt ad supplendum Opus Placcianum.

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτη.

XLVIII. Libri anonymi *de Arcanis maris* auctorem esse *Robertum Dudleium*, refertur in *Actis Erud. Lips. 1690 p. 270*.

XLIX. Libri A. 1646 Louanii *contra moralem doctrinam Iesuitarum* editi auctorem esse *Eslapezium* quendam, Hispanum, ibidem traditur *p. 314*.

L. *Confessionem Socinianorum*, A. 1649 editum Cracouiae, ac postea publice in Polonia flammis datam, auctorem habere *Ionam Schlichtingium de Bukovvies*, recte conicit

Cl. *Rechenbergius* in sua *Append. ad libros symbol. P. I cap. 8 §. 6 p. 47.* Nam esse eam a *Schlichtingio* compositam, testatur illius *Confessionis Apologeta*, qui A. 1652 edidit librum, hoc titulo: *Confessionis Christianae ad rogam. damnatae & combustae Manuum, a Rev. D. Nicolao Cichouio lacesitorum, sui Vindices; pag. 26*, vbi haec leguntur verba: *Fuit autem Confessionis istius autor Ionas Schlichtingius, eo pacto, quo Baruchus autor fuit libri a Ioachimo rege Iudae combusti, quod Baruchus quidem Ieremiae, Ionas Ecclesiae, Stylum & operam suam commodauit.* Quis vero huius apologiae sit auctor, ignoro. A *Schlichtingio* non esse eam profectam, docet subiecta illi *Schlichtingii* epistola p. 1. Vnde *Bailletus* errat, qui hunc librum sub titulo *Anti-Cichouii Schlichtingio* tribuit: multoque magis errat *Placcius*, qui *Anon. num. 626, c.)* Confessionem Socinianam cum ipsius Apologia manifesto confundit, & duobus e libris vnum facit.

LI. LII. *Virgilii Maluezzi*, Itali Comitum, *Princeps*. Eiusdem *Tyrannus*. Vtriusque libri Italice ab auctore scripti exstat Versio Latina, cuius auctorem esse *Ioan. Krusium*, didici ex *Boxhornii Poëmatibus p. 13*, vbi leguntur duo ad eum carmina gratulatoria. Fuisse autem *Krusium* illum illustri loco in Suecia natum, docet nos idem *Boxhornius epist. p. 40*, edit. Amstelod. 1662.

LIII. *Nonaginta dierum* titulo edidit *Wilhelmus Occam* librum in *defensionem Michaëlis, Generalis Minoritarum, a Papa pro haeretico excommunicati*: inquit *Flacius* in *Catal. Test. Verit.* p. 719 editionis Dietericianae. Intelligi autem a *Flacio Michaëlem Caesenatem*, celebrem illum veritatis testem, patet ex *Catal. Test. Ver.* p. 767, 768. Eidem *Occamo Placcius de Anon.* n. 816, a tribuit *Dialogum inter Clericum & Militem*, quod & *Flacius* non dubitans facit p. 719.

LIV. *Somnium Viridarii* est titulus libri contra rapacitatem Paparum & ipsorum *Harpymarum* editi, in quo adeo libere de toto regno pontificio disputatur, ut Papae non tantum politica potestas, sed etiam superioritas super episcopos adimatur. Exstat *Volum. Traſtaturum* 10 num. 13 fol 149. Quis huius sit libri auctor, non quidem satis constat: illud tamen *Flacius* ex *Molinaeo* docet *loc. cit.* p. 703, conscriptum esse illum librum saeculo XIV iussu *Caroli Sapientis*, Galliae Regis.

LV. *De lingua Hellenistica* scriptum anonymum edidit *Gisbertus Voëtius*, teste *Boxhornio* *epist.* p. 140. Quod non est confundendum cum illo *Schoockii*, de quo *Placcius Anon.* n. 1473, a.

LVI. Anonymi epistola quaedam prodiit contra *Balsacum*, clarissimum illum poetam Gallum. Hanc a *Daniele Heinsio* compositam edidit *Boxhornius*, qui id fatetur in *epist.* p. 53,

P. II. C. III §. 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62. 181
55, 56, 66 & 67: vbi & affert causam, cur
Heinsius calamum in *Balsacum* strinxerit. Nimi-
rum *Balsacus* in dissertatione quadam Heinsia-
na poemata acerbiore censura fuerat profecu-
tus. Ceterum non dubito, innui a *Boxbor-
nio* epistolam de poetarum ineptiis inscriptam,
quam etiam *Placcius* meminit in *Anon.*
n. 1425, d.

LVII. LVIII. LIX. Singulorum impe-
riorum hodie florentium descriptiones circiter
triginta voluminibus in 12mo inde ab anno 1620
in Belgio edidit *Elzevirii*. Omnium optimam
esse Descriptionem Hispaniae, a *Ioanne de
Laet* confectam iudicat *Io. Andr. Bosius* *Intro-
duct.* in notitiam rerump. cap. IV §. 9 p. 52.
Descriptio vero reip. Moscoviticae & Leo-
diensis auctorem habet *Boxhornium*, qui id
ipsemet fatetur *epist.* p. 23, & *poemat.* p. 216.
Idem refertur in Catalogo scriptorum *Boxbor-
nii*, eius epistolis praefixo.

LX. Dissertatio Gallica de antiquitati-
bus Chaldaeorum & Aegyptiorum. Huius au-
ctorem esse Abbatem de Longuerie, testatur
Richardus Simon *Biblioth. Crit.* T. II cap. 31
p. 460, sqq.

LXI. LXII. Explication de quelques en-
droits des anciens Statuts de l'ordre des Chart-
reux, avec des eclairissemens donnez sur le sujet
d' un libelle, qui a été composé contre l'ordre,
& qui s' est divulgué secretement. Huius scripti
auctorem esse *Innocentium Massonium*, Gene-
ralem

ralem Ordinis Carthusianorum, qui in eo refutarit Abbatem *de la Trappe*, testis est idem, *Simon lib. cit. T. I cap. 32 p. 478, sq.* vbi simul indicat, rarissimum esse hunc librum. Ibidem p. 496 meminit, contra eundem Abbatem ordinem Benedictinorum defensum esse, a *Semmarthano*, eius ordinis monacho.

LXIII. *Bibliotheca Hispanica*. Huius libri auctorem esse Ioan. Baptistam Cordon. episcopum, refert *Simon lib. cit. T. I cap. 17 p. 269, 270.*

LXIV. De Electoratu alternatim administrando a Bauariae duce & Palatino Comite, prodiit scriptum anonymum A. 1645. Huius auctorem esse *Volmarum*, Iuris Doctorem, testantur Plenipotentiarii Gallici in *Memoires & Negotiations secrets pour la paix de Munster T. 1 p. 5.*

LXV. Anonymi *Pharmacopaea*. Huius libri auctorem *Stephanum Blancardum* produunt *Acta Erud. Lips. 1688 p. 616, 617.*

LXVI. *Phaenomena litteraria*, quae exstant in *Memoriis Treuoltiensibus* mense Ianuario A. 1706 articulo VIII, auctorem habent *Toinardum*. Refert id *Simon lib. cit. T. II cap. 31*, vbi & *Toinardo*, qui contra se illa scripserat, acriter respondet.

LXVII. LXVIII. Sub nomine *P Abbé Albigeois* libellum quempiam *Toinardus* edidit, recte *Simonio cap. cit. p. 449*, vbi & p. 452 refert, *Toinardum* ipsum amicorum consilio
libel-

libellum suum suppressisse. Contra illud *Toinardi* scriptum postea prodiit *Apologie de Mr. Arnaud & du P. Bouhours, contre l'Auteur déguisé sous le nom de l'Abbé Albigeois*. Huius apologiae auctorem esse Patrem *Rivierium*, Aurelianensem, idem *Simonius* testatur pag. cit. addens p. 452, perrarum esse hunc librum.

LXIX. LXX. C. *Veratii Philellenis* Epistola Latina ad *M. Lucilium Profuturum*, exstat in *Io. Clerici Bibliotheca selecta T. IX p. 187 -- 204*. Eius auctorem ipsum esse *Clericum*, non dubito. Nam primum Stylus epistolae cum *Clerici* dicendi genere convenit. Deinde in ea *Clericus* adversus *Gronovium* defenditur acerrime. Porro iudicium de versione *Pollucis* in hac epistola p. 191 latum approbat & suum facit *Clericus T. X Biblioth. selectae p. 283*. Quae nuper vna plagula in izmo Amstelodami 1710 edita sunt *Burmanna*, quin aequae a *Clerico* profecta sint, vix dubitandum videtur ob notam controuersiam, quae nuper ei cum *Burmanno* intercedere coepit.

LXXI. *Bibliothèque Critique, par Mr. de Sainjore. Tomi II Amstelod 1708*. Librum hunc Parisiis natales debere, vel ex eo elucet, quod omnes ibi contentae dissertationes aut ex regia bibliotheca, aut ex aliis Parisiensibus scriniis depromptae sunt: id quod in singulis prope capitibus diserte indicatur *Richardum*, autem *Simonium* sub hac persona laritare, et si

fama non dubia constat, tamen & ex compluribus eius libri argumentis facile apparet. Nam non solum Versionem suam Gallicam Noui Testamenti contra suos aduersarios strenue tutatur *Tomo I cap. 27, 28, 29, & Tomo II cap. 8 & 9*: sed etiam ceteris Simonii oppugnatoribus obuiam it. *T. I cap. 16 & 22*, itemque *T. II cap. 31*. Accedit, quod *T. I cap. 11, 14, 15 & 16 Simonii* sententia eruditis nota & aliis ipsius scriptis propugnata de Ecclesiae Graecae cum Latina consensione solerter stabilitur: ac denique *Simonii Histoire critique de la creance des Nations du Levant* suppletur *T. I cap. 16*. Nuper etiam Parisiis relatum est, librum illum, vna cum tertio & quarto tomo, quos quidem videre mihi nondum licuit, in ea vrbe bibliopolis ademtum ac publico prohibitum esse, auctoremque fuga sibi consuluisse. Quod quidem cur factum sit, etsi non iudicabatur, vereor tamen, ne id potissimum sit profectum, ab odio Sorbonae Doctorum. Horum quippe famae quae fraudi possit esse, complura attulit in isthoc opere doctissimus *Simonius*.

LXXII. *Biblia Ernestina* siue Glossae interlineares cura *Ernesti Pii*, Saxoniae Ducis, confectae & editae. Harum de auctoribus agit *Placcius de Anon. n. 1693*, *Tenzelius in Colloquiis mensuris A. 1693 p. 815, sqq.* *Eyringius in Vita Ernesti Pii*, & Auctores *Relationum innocentium A. 1704 p. 399, sqq.* & *A. 1708 p. 105, sqq.* Cum autem in manus meas incidit

eiderit schedula hos auctores complexa, quae eo ipso tempore, quo elaboratae fuerunt illae annotationes, scripta videtur fuisse, Lectori ire non ingratum facturum confido, si eam cum ipso communicem, praesertim cum ex hoc indiculo *Placcius* haud raro emendari possit. Ea autem sic habet:

Verzeichniß derer Personen, so das vorhabende Bibelwerck auszuarbeiten auf sich genommen haben.

1. Herr D. Gerhard 1 Buch Mosis und die Offenbahrung Iohannis.
2. Herr Ilshner, Archidiac. zu Sondersb. 2. Buch Mosis.
3. Herr D. Olffner Prof. zu Erfurt 3 und 4 Buch Mosis
4. Herr Hoff - Prediger zu Eisenach 5 Buch Mosis.
5. Herr M. Sommer Stud. zu Iena, Iosua, Buch der Richter, Buch Ruth.
6. Herr M. Hubmeyer Sup. zu Heldburg, 1 und 2 Buch Samuelis, 1 und 2 Buch der Könige, 1 und 2 Buch der Chronica.

7. M. Schlevogt Prof. zu Iena, Buch
Esrä und Nebemiä, Buch Esther.
8. Herr M. Dilber Prof. zu Iena, Buch
Hiob.
9. Herr M. Walter Superint. zu Gotha,
die 60 ersten Psalm.
10. Herr Pfarrer zu Schvversted, von 60
biß auf den 105.
11. Herr Pfarrer zu Döbritzschben, die 45
letzten Psalmen.
12. Herr D. Meyffart, Sprüchwörter Sa-
lamonis.
13. Herr D. Glasius Sup. zu Sondershausen,
Prediger Salomonis und hohe Lied Sa-
lomonis.
14. D. Iob. Weberus, Sup. zu Ordruff,
Esaias.
15. D. Großbeim zu Erfurt, Ieremias und
Klaglieder Ieremiä.
16. D. Kessler Sup. zu Coburg, Ezechiel,
Daniel.
17. Herr D. Zapf Prof. zu Erfurt, Oseas,
Ioel, Amos.
18. Herr M. VVallenberg, Pfarrer zum
Parfüßer in Erfurt, Obadia, Iona,
Micha, Nabum, Habacuc, Zephania;
Haggai.

19. Herr M. Walter in Erfurt, Zacharias, Malachias.
20. Herr M. Schröter, Pfarrer zu S. Michaeln in Erfurt, Judith, VVeißheit Salomonis, Buch Tobia.
21. Herr M. Mengering, Hof-Prediger zu Alt. Buch Sirach.
22. Herr Pfarrer zu Bergkau, Baruch, 1 und 2 Buch der Maccab. Stücke in Esther, Historia von Susanna, Bel, Drachen zu Babel, Gebet Aßriä, Gesang der dreyen Männer, Gebet Manasse,
23. Herr M. Praetorius Hoff-Prediger, Evangel. Matthaei und Marci.
24. Herr M. Brandis alhier, Evangel. Lucae.
25. Herr Hoff-Prediger zu Cranichfeldt, Evang. Iohannis.
26. D. Major Superintend. zu Iena, Apostel-Geschicht, und die Epistel (videtur legendum Episteln) S. Iohannis.

Hactenus illa schedula, in qua nescio quo pacto eorum omissa sunt nomina, qui epistolas reliquas in codice Noui Testamenti comprehensas illustrandas susceperunt.

LXXIII. Carmen rhythmicum pro coniugio sacerdotum scriptum lectuque iucundissimum exhibet *Flacius* in *Catal. Test. Ver. p. 334, sqq.* Non addit eo loco, quis sit auctor. Sed alibi, nempe *p. 330 & p. 584 ex sermonis Latinitate & metri genere* suspicatur, id profectum esse ab *Hildeberto*, sub initium saeculi XII episcopo Cenomanensi.

LXXIV. *Doctrina de Gratia & Praedestinatione, tradita noua methodo. Amsterd. 1661, in 12.* Auctor est *Lambertus Velthuisius*, cuius quippe *Tractatus theologico-philosophici varii* coniunctim in 12mo sunt editi Ultraiecti 1679, vbi & ille liber insertus est. Immo *Velthuisius* A. 1664 Ultraiecti sub suo nomine edidit *Tractatum de Iustitia diuina & humana*, cui annexa est *Expositio sententiae eius de Praedestinatione & Gratia*.

LXXV. Basileae A. 1551 impressus prodiit liber anonymus *de squaloribus Romanae curiae, cum Reformatione Petri de Alliaco*. Hoc scriptum in quibusdam exemplaribus MStis inscribi *M. Matthaeo Gracouensi*, qui aetate *Husfi* Wormatiensis fuit episcopus, testatur *Flacius lib. cit. p. 815*. Fatetur tamen simul, se eundem librum MStum vidisse hoc titulo: *Tractatus D. Lurtzen de squaloribus Romanae Curiae*. Addit

dit *Flacius*: *Quis fuerit D. Lurtzen, aut quando vixerit, ignoro: hominem tamen fuisse pium & non indoctum, facile ex eius scriptis apparet.*

LXXVI. *Moua librorum rariorum collectio* A. 1709 edi coepta Halae, auctorem habet *Henricum Augustinum Groschupfium*, Magistrum Lipsiensem doctissimum, teste Dn. *Struui*o in *supplem. Introduct. in rem litter. & Actis Erud. Lips. A. 1710 p. 255.*

LXXVII. *Norimbergae* A. 1508 prodiit, *Speculum naturalis, coelestis & propheticæ visionis, omnium calamitatum, tribulationum & anxietatum, quæ super omnes status, stirpes & nationes Christianæ reip. proximis temporibus venturæ sunt.* Huius libri argumentum *Flacius* proponit *lib. cit. p. 838, sq.* ac simul iudicat, eius auctorem fuisse presbyterum, cui nomen *Iosepho Grunepeck*, & circa idem tempus, quo liber vulgatus est, vixisse.

LXXVIII. Sub nomine *Adeodati Sebae, Vesaliensis*, leguntur carmina quaedam in *tom. III Delit. Poët. Gall. p. 578.* Ea *Theodori Bezae* esse, testatur *Borrichius de Poëtis p. 112, 113,* & *Blountius in Censura celebr. auct. p. 712.* Nec dubitari id potest, cum *Beza* per anagramma sit *Zeba*, pro quo *Seba* placuit: & quem Graeci *Theodorum* vocant, is Latine *Adeodatus* appelletur.

LXXIX. *Londini* A. 1621 editus est liber, *Fiscus Papalis* inscriptus. Huius *Thomam Iamesium* auctorem esse habitum, ex *Antonio a Wood* refert *Blountius lib. cit. p. 945.*

180 DE ANON. ET PSEVD. P.H.C. III. §. 80, 81.

LXXX. *Librum sur le gouvernement civil* primum Anglica, post Gallica lingua sine auctoris nomine editi auctor est celeberrimus ille philosophus, *Ioannes Lockius*, teste *Clerico T. VI Biblioth. sel. p. 374.*

LXXXI. *Irenaei Philalethae Illustratio Cassellana*, *Dürfeldii disputationi Osnabrugensi opposita.* Auctor huius scripti est *Io. Crocius*, referente *D. Mich. Siricio* in *Disp. de Carolostadio*, subnexa *Goezii Elogiis Theologorum Germanorum*, p. 188.

FINIS.









